



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Caput III. De Iuramento promissorio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

quacunq[ue] certitudine morali, sed certitudine scientiæ, quam tamen non habent dicti testes, habet verò ipse creditor. Quare nisi ad iudicis mentem juraretur, quæ humana iudicia enervarentur. Hanc autem mentem legitime habet iudex ad bonum publicum, cui ex iustitia legali cedere debet quacunq[ue] pecuniaris utilitas. Dixi, in hoc casu, ubi legitime jam procedit iudex: si enim non legitime procederet, tunc posset testes æquivocare dicitur *infra*, cap. 4. §. 2.

11. Jam verò alia non multò post fuit solvenda difficultas: Boni illi viri, nescio qua mori causa, testimonium tandem fecerunt, quo facto, creditor pecuniam suam facile obtinuit, ad quid ergo eos obligabimus?

12. Respondeo, si bona fide fecissent, ad nihil, quia sic non peccassent Theologicè, atque adeò ex probabili scientia ad nullam poenam (cùm hæc condignam culpam sequi debeat) essent condemnandi; at verò cùm contra datum consilium, atque adeò fide mala processerint, res difficultate non caret. Putavi nihilominus ad restitutionem non teneri: Ita de Lego *ibid.* ex Nav. in man. c. 25. n. 4. 1. & ratio fuit, quia, esto peccaverint, peccaverintque contra fidelitatem iudici, seu foro, bonoque publico debitam, non tamen peccaverunt contra iustitiam commutativam: quia verè secunda debebatur, idque ipsis, ut supponimus, moraliter constat. Cùm ergo ad prudenter operandum, vel non operandum satis sit, ut diximus, probabilitas, multoque magis certitudo moralis, pro restitutione non sunt compellendi.

13. Petes, an eadem certitudo moralis requiratur in juramento iocoso? Respondeo eadem: sic Azor. t. 1. lib. 11. c. 12. §. 4. quia posito, quòd tale juramentum sit verum, invocativum scilicet Dei, veritatem æquè, ac juramentum ferium continere, propter æqualem rationem, debet.

CAPUT III.

De Juramento Promissorio.

§. I. De Veritate requisita in Iuramento promissorio.

Juramentum promissorium cùm veritatem de presenti habere debeat, conveniatque in hoc cum assertorio, requirit, ut is, qui illud assert, animum habeat adimplendi, quod promittit: secus, peccare verò perjurio nimis clarum ex dictis est. Unde controversia apud Doctores non est, an rem etiam levissimam cum animo non implendi per juramentum promittere peccatum sit mortale, est enim certò mortale, ut *suprà* vidimus. Controversia quidem est, an sub mortali illam rem levem adimplere is, qui juravit obligetur: sed de hoc mox §. 3. n. 4.

Quid si quis promittat se commissurum peccatum mortale: quid si veniale? quid si rem contra Christi consilia? de his agam mox §. 6.

§. II. De Iuramento promissorio doloso.

Ilicitum an sit hoc juramentum, est primò quærendum, mox, an ex illo aliqua nascatur obligatio. Ex quibus tribus modis potest in illo dolus intercedere. Primò, si juretur sine animo implendi. Secundò, si sine animo jurandi. Tertiò, si sine animo se obligandi, seu (quod in idem videtur recidere) sine animo promittendi.

De illicito usu juramenti dolosi promissorii.

1. **C**ertum est primò, jurare sine animo implendi esse mortale. Ita Less. lib. 2. c. 42. dub. 9. n. 42. Suar. tr. 2. Rel. lib. 3. de jur. cap. 17. a. n. 7. & communiter: patet ex dictis. Certum est secundò, jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis, vel jurare verbis æquivocis non esse licitum sine causa, licitum esse cum causa, juxta ea, quæ diximus cap. 2. §. 2. & 3. quæ sunt recoenda, quia quantum ad hoc eadem est ratio assertorii, & promissorii.

res illud est advertendum, facilius ex hoc capite in promissorio mortaliter peccari posse, quàm in assertorio: quia in promissorio aliquid ætèrio promittitur, unde facilius potest prius damnum intercedere, quo notabili accedente, mortaliter peccabitur.

2. Unum ergo superest, an sit licitum jurare sine animo promittendi, vel sine animo se obligandi? semper autem præcindimus à damno proximi, propter hoc enim peccari contra iustitiam, nimis sæpè dictum est.

3. Præmitto tripliciter, quantum facit ad nos, posse quempiam jurare sine animo promittendi, seu non se obligandi. Primò, animo promittendi sub obligatione promissionis ex vi fidelitatis debita ei homini, cui sit promissio. Secundò, sine animo promittendi sub obligatione juramenti ex vi Religionis, licet cum animo dicatur humana promissionis. Tertiò, sine animo promittendi absolute, hoc est, quo quis nullo modo vult promittere, nec scilicet coram Deo, nec, ut ita dicam, coram homine, & iterum, nec cum obligatione promissionis, nec cum obligatione verificandæ assertionis futuræ.

4. Dico primò, si quis juret cum expresso hoc tertio animo, nullo modo promittendi, vel se obligandi, non esse mortale. Ratio est, quia sic jurare est non jurare: non enim potest esse vel intelligi juramentum, nisi ut productivum obligationis, si ergo hanc obligationem positivè excludis, nec quis, ut juramentum illam producat, convinceris nolle jurare. Ita Sanch. lib. 3. c. 6. n. 7. & c. 10. num. 8. Bonac. disp. 2. de jur. q. 1. p. 7. n. 3. alique. Vide etiam Castr. tr. 1. 4. disp. 2. p. 2. n. 6. Dixi (cum expresso animo) nam ad verum juramentum non requiritur expressus animus promittendi, vel se obligandi, si quidem satis, superque est, si animus jurandi habeatur, eo enim ipso, quo quis jurat, scitque quid sit jurare, velle censetur, quæ necessarii sunt connexa juramento, nisi ea expressè excludat. Sic Sanchez Suar. Bon. cità Castr. l. c. disp. 1. p. 8. n. 8. Notanter pono illud (scitque quid sit jurare) propter ea, quæ dicta sunt cap. 1. §. 1. n. 8. & iterum dicitur de voto c. 9. §. 1. v. Remanet.

5. Dico secundò, si quis juret cum animo solius promissionis humanæ, atque adeò non sub autoritate testimonij divini, seu, quod idem est, non cum animo se obligandi ex vi virtutis Religionis, idem dici debet, quod modò n. 4. innuimus, quia illud, quod sub divino testimonio non assertur, nullo modo est juramentum, ut colligitur ex *ibid.* remanebit ergo solum promissio humana, de qua alibi disputatur.

6. Dico tertio, jurare sine animo promittendi ex vi humanæ fidelitatis, sed cum animo obligandi se ex vi Religionis, non esse saltem mortale, si sit animus implendi: Ratio est, quia jam invocatur Deus cum veritate, & voluntate rem promissam implendi ex vi testimonij divini. Quòd si non addit ejusmodi implendi animus, erit *scilicet* perjurium, quia invocatur Deus cum falsitate. Quando autem deest animus implendi ex vi solius fidelitatis humanæ, erit quidem peccatum, sed veniale: quia quantum est ex hoc capite, nisi damnum grave inferatur, vel quid simile, solum est mendacium leve.

Quenam obligatio nascatur ex Iuramento doloso promissorio, & quando.

7. Dico primò; Ex quibuscunque æquivocis juramentis, vel quoquo modo fictis, quæ in conscientia non sunt vera juramenta promissoria, non nascitur obligatio ex vi Religionis. Sic Sanch. lib. 1. de mar. disp. 9. n. 8. & lib. 3. Dec. c. 10. n. 4. Ratio est, quia obligatio non oritur, ut ex dictis patet, nisi ex vero juramento, in quo invocatur Deus. Hinc videt, non requiri dispensationem ad hæc juramenta negligenda, cùm, ubi non est vinculum, solutio esse non possit.

Contra, quando fuit fictio circa rem implendam (jurat quis, v. g. se elemosynam daturum cum animo non dandi) nascitur obligatio ex vi Religionis, seu, quod idem est, ex vi juramenti. Ita *ibid.* contra Sanch. v. Iuram. n. 4. fin. Ratio mihi certissima est, quia sic jurans verò juramē-

(sicet sine animo implendi, atque adeo licite) ergo contrahit obligationem implenda; nexum vero illum, illam nolitio excludens non tollit, quin permaneat substantia iuramenti, & consequenter ejus obligatio. Pari modo, quando adest intentio de obligandi ex Religione, sed fiste fiat promissio ex vi fidelitatis, seu Religionis, elemosynarum se datur, locat quis verbis grati, elemosynam se datur cum intentione, quod non se velit obligare ex vi humane promissionis, sed solum ex vi Religionis est eadem substantia iuramenti.

¶ Dico fecundò. Quando ex quocumque, vel æquivalens, vel fides iuramentis, quæ verè iuramenta non sunt, aliquod damnum promissoria obvenit, obligabitur iurans, non quidem ex vi iuramenti, sed ob dolum creditum, ad omne damnum, ac si prorsus verè iurasset. Ratio est, quia tunc contra iustitiam delinquimus. Hinc fit, ut promissio sub fide iuramento, quæ non impletur, nullum damnum fit promissoria, quia iuramentum liberale, non pariat obligationem executionis, quæ ex nullo ex his duobus capitibus, de quibus agitur, ex oriri potest: non ex capite Religionis, quia verè iuratum est, nec ex capite dampni, quia nullum est illatum, et supponimus.

9. Dices: At hoc ipsum, quod non des quod promittis, damnum est. Respondo, hoc non esse damnum: sed esse lucrum cessans, ad quod elargiendum, posito, quod verum iuramentum quis non fecerit, non se obligari. Dices iterum: at aliquando erit scandalum, si iuramentum fictum non observetur, credent enim audientes, se perjurare. Sae Sanch. lib. 2. in dec. cap. 10. n. 1. Respondet, factor duplex scdalum adesse hñc aliquando posse: Alterum contra Charitatem, si proximo verè detur occasio peccandi: Alterum contra Religionem, si detur similis occasio Deum per similia perjuria contemnendi: sed hæc universalia sunt ceteris peccatis convenientia, juxta declarata de fide in nostra Meib. Conf. lib. 7. s. 17. & dicuntur. Deo dante. lib. 3. in dec. c. 1. s. 3.

10. Dico tertio: Index debet condemnare iuramentum
fidei, quod equivocat, non solum ad omnia prædicta dam-
na, sed etiam ad talia iuramenta exequenda, quamvis
promissio quoquo modo liberalis fuerit. Ratio est, quia
Index debet secundum juris præsumptiones judicare,
et qui verbis externis jurat, præsumitur vero animo ju-
rare.

11. Quid, si cesset ejusmodi præsumptio, & jurans dare probet, se sine animo verò jurasse: poteritne iudex eum condemnare? posse & debere docet Sanchez *ibid.* c. 10. n. 6. & Caltz, l. 3. tract. 9. d. 2. p. 2. n. 5. non ex vi iuramentum, sed ex legitima Castellæ sic disponentibus in peccatum delicti dolose jurantis.

At quid, si talis lex alicubi non adsit? Respondet rursus
arbitrio Iudicis secundum gravitatem culpæ sic juramen-
tum est commendandum. In quocunque autem casu, quod
condemnabitur, patere post sententiam obligabitur, secun-
dam distinctionem. Si enim sententia inhihiat falsæ præ-
sumptioni, obligabitur condemnandus patere solum ratio-
nem scandali, quare hoc cessante, ad nihil obliga-
tur, nisi ad damnum modo dictum. *num. 2.* At si innuitur
legibus, vel arbitrio Iudicis, juramentum condemnantis in
pernam delicti, obligabitur sanè, etiam in conscientia
quia quilibet iustus pronuntiata contra se sententia obedi-
re tenetur.

Quando autem enascatur obligatio, hoc est quando incipiat iuramentum obligare, dicam, cum de voto nam eadem est utriusque ratio.

§. III. De Materia requisita in P^{re}samento
promissorio.

1. **V**el iuramentum fit ipsi soli Deo, vel in utilitate
etiam hominis. Si prius, induit rationem
voti, si posterius, erit solum promissio homini facta, solum
sub Dei invocatione. Quoniam vero diversimode

his obligatio nascitur, separatim de iis exit disputandum.

Omitto autem, ut potest ad praxim non pertinens, quæ-
nari sit obligatio major, juramentine, an voti; vi-
deat qui velit apud Suarium lib. 8. de Juram. cap. 3. n. 2. fine.
Sandoz lib. 3. in c. 8. Fag. lib. 2. præcept. dec. c. 5. à n. 16. aliis que

De Materia Iuramenti promissorij in communi.

2. Primò, in juramento promissorio materia promissa possibilis esto, sedis temerè ea temeritate, quam dicitur, 3. jurares, quod implere tu non potes. Hinc tum juramentum de facto impleri, ut quoddam Petrus solutus sit debuit; quoddam matrimonium sit contrahendum, &c. illicitum est, nisi intendas jurare, quantum in te est, minime, nisi solus jures diligentiam adhibere, ut ille solvat, ut ille contrahat, &c. & cerè id communiter juratur, dum factum alienum juratur.

3. Secundo, licita res sit, & honesta. Hinc iuramentum de peccaminosa mortali, vel venialiter, vel de re contra consilia, est peccatum, ex *Cast. t. 3. disp. 1. de Iuram. cap. 6. n. 11.* nec obligat, unde non indiget relaxatione, ex eodem *ibid. disp. 2. p. 6. n. 6.* quid enim relaxabitur, si nulla adest obligatio? Ratio est, quia iuramentum non est vinculum iniquitatis, c. *Quando de iure Jurando, & alibi*: quod autem peccatum sit 3 dicant *num. 9. & 10.*

num. 9. & 10.

Tertiò, debet esse res gravis; si enim levis, sit no-
 oritur obligatio sub mortali, sed sub veniali dumtaxat.
 Hoc tertium dictum duo involvit: Alterum ab omnibus
 admittitur, sub pœna nimirum mortali esse præstandum
 quod juratur, si notabilis sit res promissa; quia gravi-
 parvi fit: Alterum non omnes amplectuntur, sub pœna
 nimirum mortali esse faciendum quod juratur, si res pro-
 missa sit exigua.

Dico tamen, quamvis probabile, etiam rem leve
 si sub juramento promissa sit, esse faciendam sub morte
 si nihilominus esse solum sub veniali videtur probabili-
 ta Azor. p. 1. lib. 5. c. 17. & lib. 11. cap. 5. quest. 3. Suarez. 2. 2.
 rel. 1. de juram. cap. 16. n. 9. Ratio potissima est duce-
 ex ipsa natura juramenti promissio sit: in hoc enim non
 invocatur Deus, ut testis futuræ executionis, sed ut tes-
 tis præsentis voluntatis; quoad futuram executionem
 autem affertur Deus, ut sua autoritate promissionem
 suscipiat, ut scilicet fideliter executio correspondeat
 factæ promissioni: ergo si non correspondeat, infide-
 lis erit jurans, non vero propriè mendax. Quare cu-
 casu nostro sit infidelis in re leve, leve solum peccatu
 attinget.

5. Petes : quæ quantæque culpa committitur ab eo qui rem malam exequitur propter illud expressè, quod ad illam juramentum adhibitum fuit : Respondeo, ex nonnullis hunc excusari non raro ; nam cæterum Regium esset, putare Dei invocationi deberi executionem peccati promissis, præsciendò autem ab hoc errore, niale committeretur in materia levi ; grave peccatum re gravi. Sic Sanch. *lib. 3. in Dec. cap. 4. n. 29.* Ratio, quia in his non intercedit, nisi continuatio ejusdem voluntatis, quæ habita fuit, quando exhibitum fuit juramentum, ut consideranti patebit.

6. Ex his colligit recte Sanch. *ibid. cap. 19. §. num.*
juramenta parentum, vel Dominorum, quibus jura
punitorios filios, famulosve: item juramenta puerorum
quibus jurant accusare fideles apud præceptores
& juramenta, quibus viri nobiles jurant se nolle præ
nere in egressu, vel ingressu domus, & familia commu
ter, vel non obligare, vel facili excusari aliquo ex
veniens capitis (præter illud, quod non adfit

tentio jurandi, sed solum comminandi) primo, quia communiter sunt ex ira, vel passione, animoque vindictae, ut sic sunt de re saltem venialiter mala. Secundo, quia fere materia est levis Tertio, quia supervenit frequenter causa excusans ab executione; Talis solet esse emendatio filij turbatio Domus, amici intercessio, venia petito, &c. Quarto, remissio ejus, in cujus gratiam fit juramentum, ut accidit in praedictis viris nobilibus qui facile remittere praesumuntur, promissionem in sui honorem factam. Si filiorum, aliorumve punitio serio juramento confirmata, urget in eorundem bonum, adeoque in Dei obsequium, praestanda omnino est, tamen deest excusatio, si superveniat emendatio, nam similia juramenta imbibunt tacitam conditionem nisi rerum status mutetur, quod est commune in omnibus juramentis promissoriis, ut infra dicitur.

De Materia requisita in Juramento promissorio soli Deo facto.

7. Habemus hanc regulam: Quia votum non solum esse debet de materia licita & honesta, sed etiam non debet esse de re indifferenti, nec de impeditiva majoris boni, ideo juramentum soli Deo factum cum aequivaleat voto, eandem debet habere conditiones, ac votum. Ratio hujus regule dabitur mox num. sequenti. Hinc, si jurasti Deo jejunium, hoc autem majus bonum, verbi gratia, animarum conversionem impedit, ad jejunium non teneris si jurasti non dare elemosinam, non colloqui cum proximo, &c. non teneris observare, quia haec sunt contra Dei consilia, majusque bonum impediunt, & sic de similibus. Quo modo autem intelligatur rem esse impeditivam majoris boni, habebis infra, cum de voto cap. 11. §. 1. vers. Verum hinc doctrina.

8. Hinc item, si jurasti in honorem Dei non transgredi v. per hanc viam, quia id res est indifferens Deus non acceptat, utpote non cedentem in ejus honorem. In quo tamen, & in similibus advertit, non raro rem aliquam indifferentem fieri propter aliquod adjunctum materiam admodum bonam, & tunc juramentum fore licitum, atque obligatorium; ut si quis juret non transgredi per aliquam viam, quia illa habitat puella causa peccati. Quod si tunc jures rem indifferentem, sed deinde post dies fiat bona, juramentum non obligabit Sic Laym. lib. 4. tract. 3. cap. 6. num. 4. quia non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit, ut universaliter dicam infra, de voto, cap. 11. §. 4. v. Contra, ubi etiam declarabimus, an quando finis promittentis est malus, licet res promissa sit bona, enascatur obligatio.

9. Petes: quodnam peccatum est promittere cum juramento rem non licitam? Respondeo cum Sanch. lib. 3. Dec. cap. 9. num. 1. mortale sacrilegium, si res est illicita mortaliter; quia uteris divino testimonio ad rem iniquam faciendam, quae est summa Dei irreverentia, de qua diximus supra, cap. 1. §. 4. n. 4. unde vides in confessione esse explicandum, an juraveris peccatum mortale, v. g. homicidium cum intentione illud exequendi, nam prius habet duas specie iniquitatis, nempe homicidij; & irreverentiae: posterius, solius perjurij.

10. Quod si res sit illicita venialiter, vel sit contra consilia: ut cum veritate jures te dicturum mendacium officiosum, vel daturum elemosynam, non ingresses Religionem, non acceptatorum Officium Praetoris, &c. puto cum Fag. lib. 2. in precept. Dec. secundum, c. 14. num. 1. esse veniale; quia non videtur gravis Dei injuria uti Divino testimonio ad rem leviter illicitam, ut ibidem diximus, vel ad nolendum facere id, ad quod non teneris. Quod si deinde des elemosynam, has Religiosus, vel praetor, non peccas, quia juramenta, quae adversantur charitati, non obligant. Excipe, nisi Officium, verbi gratia, Praetoris tibi sit causa mortaliter peccandi & sic in similibus: quia tunc juramentum fuit de re bona.

Quid si res sit impossibilis physice, vel moraliter, & ut sic tibi cognita, ut si jures te cras volatorem, vel daturum centum, quae moraliter non habebis: Mortale esse

doet communior sententia; ita Suar. tom. 3. de Rel. lib. 3. c. 18. num. 76. Fag. lib. 2. cit. c. 6. n. 24. Cast. tom. 3. dist. 1. de jur. p. 6. v. Ad idem Sanch. lib. 3. dec. cap. 4. num. 4. quia jam deest animus implendi promissum: idemque esse si jures temere non advertendo, si possibilis, necne, quia virtualiter solum juras. Recte autem notat Sanch. ibid. cap. 9. num. 12. facile in his casibus obtineri dispensationem. Non est tamen improbabile ex Arag. 2. 2. q. 89. art. 3. in dist. Sayr. lib. 5. c. 4. fin. quando non deest implendi animus esse tantum veniale, quia tunc solum deficit judicium secundus comes jurantis, cujus defectus non semper est mortalis, ut sup. vidimus.

De Materia requisita in Juramento promissorio in militem hominis emissio.

11. Sit haec regula ex Sanch. lib. 3. c. 9. n. 19. Materia requisita in hoc juramento ad inducendam obligationem implendi satis est, si possit sine culpa mortali, vel veniali applicari, etiam si res indifferens sit, quando haec sub juramento promittitur, est omnino executioni mandanda, gravis sub gravi, levis sub levi, juxta superius dicta. Ratio regule, & cur id sit, non verò in juramento, seu voto, quod Deo fit, est, quia in promissione semper habetur ratio, ut sit grata illi, cui res promittitur. Deo autem non potest esse gratum, quod est impeditivum majoris boni, seu quod indifferens est nec ad suum obsequium pertinentem homini sapientissime gratum est, quod est indifferens, quodque minus sibi bonum est, & ex alia parte in hoc juramento Deus non est acceptor, sed solum testis.

12. Hinc, si jures soli Deo feciminam ducere, & non in gratiam alicujus, poteris castitatem vovere, quia tunc matrimonium esset impeditivum majoris boni, qualis est ex se vita caelebs. Ita Sanch. ibid. num. 19. in medio. Dico ex se; nam si matrimonium justares ad sedandam tuam impudicitiam, obligaret juramentum, quia tunc matrimonium esset tibi majus bonum. At si idem jures ipsi fecimine acceptanti in ejus, vel parentum gratiam, castitatem voveret non potes: quia ad observandum juramentum homini factum, nil aliud requiritur, nisi quod servari sine ullo peccato valeat.

13. Quod si nondum acceptavit nec puella, nec alius loco ipsius, adhucne illi teneberis? Respondeo, esse diligenter distinguendum: Si enim per modum voti Deo promissus aliquid in utilitatem tertij in hunc fere modum: Promitto Deo, seu quod in idem recidit, Promitto cum juramento Deo, me daturum pauperi, vel Petro pauperi ceptum: & in casu nostro: Promitto Deo puellam hanc ducere ad vitandos meos lapsus: Cum additum est (ad vitandos) vide infra, c. 15. §. 3. n. 4. tunc teneris; licet enim pauper, vel puella solum acceptaverit, unde non debeat ex justitia, & possit relaxari ex causa à Superiore, & ab habente potestatem; Deus tamen statim acceptat, utpote votum sibi factum: quare, nisi adsit relaxatio, debebis centum dare, & puellam ducere ex virtute Religionis. Sic Laym. tract. 3. lib. 4. cap. 11. n. 6. fin. An hac relaxatio possit etiam fieri post acceptance colligitur ex dicendis cap. 7. §. 6. n. 3. & c. 17. de Voto, §. 2. At si juramentum fuit factum homini soli sine ulla promissione ad Deum (ne implicita quidem, quae implicita promissio esse solet, quando ad Dei honorem promittitur opus pium) ut si jures, v. g. te centum daturum amico, ilque neque per se, neque per alium acceptavit, non obligaris dare. Ratio est quia promissio homini facta nondum acceptata, non est completa, & propterea non obligat: sic Sanch. lib. 1. de matr. d. 7. n. 25. Less. lib. 2. c. 17. d. 7. num. 71. alique passim: cum ergo juramentum sequatur naturam promissionis, & adnectitur, ut infra, §. 4. n. 3. dicemus, si haec non obligat, nec illud obligat, sed auctoritate propria poterit infringi.

14. Regula allata, quod juramentum homini factum nil requirit, ut observetur, nisi quod possit sine peccato servari, fallit, ex Sanch. lib. 4. in dec. c. 10. n. 30. Cast. Pal. tom. 3. de jur. d. 1. p. 4. num. 4. fin. seu retrahitur, quando promissio

promissio jurata liberalis obstat receptioni status Religiosi si enim liberaliter juraret de ducturum facinoram in eius gratiam, vel famulaturum alicui toto vitæ tempore, vel quid aliud simile, etiam his acceptantibus ad hoc potest ingredi Religionem, & non obligari juramentum servare. Ratio quoad promissionem matrimonii est, quia in iure c. ex publico, de conversione conjugatorum, & passim Doct. conceditur sponsum etiam de præfati ante consummationem posse intra duas menses Religionem ingredi. Si ergo ipsum matrimonium initum non obstat voluntati ingredi in Religionem, multo magis non obstat juramentum de matrimonio incundo, quod non obstat etiam propter perfectionem status religiosi (ut deducitur ex iure Canonico) siue in matrimonio in illud binectre, siue in promissione etiam jurata involuitur illa conditio, ibid. nisi Religio matrimonij, involuitur magis placeat. Ratio autem quoad promissionem status aliarum rerum, est, quia si talis conditio non juratur aliarum rerum, vel per illud binectre etiam in initio ante consummationem, multo magis involuitur in ceteris promissionibus, quæ sunt vincula minus fortia, quam matrimonium.

15. Consulto dictum est (liberaliter) nam accedat illa obligatio iustitiae, v. g. damni dati injuriæ, &c. dicitur si ratio, nec poterit Religionem ingredi, qui ratione horum juravit, v. g. quis in matrimonio fecerit, quam profuturum, jurat famulaturum toto tempore vitæ is, qui pecuniam accepit, &c. hi sanè Religionem ingredi non possunt, tenente parte, quia tunc promissio jurata non est liberalis, sed onerosa, cujus executio ex iustitia debetur.

16. Quid, si quis alicui cum iuramento promissit, vel matrimonium, vel dictum perpetuum famulatum, vel vitam in seculo celibem, vel quid simile liberaliter, potestne Ordines sacros suscipere? Respondet Sanchez, promittentem cum iuramento matrimonium, non posse promittentem verò famulatum, vitam celibem, vel aliud quid, posse. Ratio est, inquit, quia alia promissiones non sunt tanti momenti, ut ordinibus suscipientis obstat debeant; at promissio matrimonij potens est, fortis, nec nisi à Religionis vero & proprio ingressu vincit debet, non verò ab ordine sacro, qui licet affinis statui Religioso sit propter votum Castitatis solemne, Religiosus tamen status propriè non est. Qui ergo jurat aliud modo dicto impedivum Ordinis facti præter matrimonium, involvit conditionem; Nisi ipsum Ordinem sacrum, statum nempe Religioni similem, elegero; at qui jurat aliud impedivum vitæ seculis, vel servitij Nocturnij, &c. non involvit dictam conditionem. Nisi vitam celibem, vel dictum servitium, elegero; quia non sunt status affines, seu similes Religioni, cui Religioni, & propter congruentiam statui, qui Religione est similis, facta est dumtaxat à jure dicta concessio.

§. IV. Qua ratione interpretandum iuramentum in ordine ad inducendam obligationem.

Tribus regulis id perspicuè definita, quæ etiam sua proportionem sunt applicandæ ad votorum obligationem de qua infra.

Prima Regula.

1. Si de intentione jurantis constat, non est opus interpretatione, sedis, interpretari debet iuramentum, ut servata proprietate verborum, quantum minor potest, obligatio inducatur, quia semper præsumitur jurans minus voluisse suæ libertati nocere. Ita Abbas, Sylvest. Scat. apud Cast. r. 3. tr. 14. disp. 1. de jur. p. 14. lege item Laym. lib. 4. tract. 4. c. 3. n. 4.

2. Hinc jurans Religionem ingredi quamlibet etiam minus strictam ingredi potest. Promittens alicui servire potest per paucos dies. Promittens elemosynam, potest elargiri quamcumque. Promittens servare statuta, v. g. col-

legij, potest non observare, quæ postea eduntur. Quid si ex circumstantiis, vel modo communi loquendi, certus sit jurans se promississe Religionem strictiorem, servitium longo tempore, largam elemosynam, observantiam statutorum edendorum, (ut affollet esse in statutis, quæ de novo juxta proprium institutum feruntur in Religionibus) iuramentum debere observari ex se patet.

Secunda Regula.

3. Iuramentum restringendum est juxta naturam actus, super quem cadit, Sic Laym. Castro Pal. alique cit. quia: Accessorium sequitur naturam principalis, Reg. Juris 2. in 6. nec jurans præsumitur alio modo se obligare voluisse. Quare omnes restrictiones, vel conditiones, quas de jure, vel consuetudine habet promissio, omnes habet iuramentum illi adhaerens. Habet autem communiter quatuor, quæ generales conditiones promissionis appellantur. Prima: Si potero (ad impossibile enim nemo tenetur (vel si licet potero. Secunda: si superior legitime non contradicat. Tertia, si res non fuerint notabiliter mutata. Quarta, si promissio fuerit acceptata, vel si non fuerit remissa a parte.

4. Hinc, si iurum tibi aliquid, aliudque tu mihi: te fidem frangente, ad nihil ego obligor. Si iurum tibi quidpiam donare, te ingrato existente, ad nihil item reneor. Si iurum solvere tuum debitum fidejubenendo, & non instar principalis, si prius tu non excutiaris, nihil ego debeo. Si Clericus juravit residentiam, potest non residere in casibus à jure concessis. Si quis juravit statuta Collegij, Civitatis, Universitatis, potest non servare ea, quæ legitima consuetudine sunt abrogata: & ratio horum, & similibus est ex Less. lib. 2. cap. 42. num. 22. quia promissiones involunt has tacitas conditiones, si alter fidem servet, si gratus existat, si sit solvendo, si à jure, vel legitima consuetudine aliter non fuerit dispositum, &c. ergo & easdem involvet iuramentum.

5. Ex illa tertia conditione, si res non sint notabiliter mutata, multa speciatim inferuntur. Hinc enim, qui juravit ducturum sponsum, certè si illa fornicetur, si in lepram, si in morbum incurabilem, si in pauperatatem notabilem incidat, imò si inventiatur non habere dotem competentem, non obligabitur illam ducere. Si quis, facta pace, juravit se non nociturum inimico, si is dat novam inimicitiam causam, iuramento deinceps jurans liberabitur, juravit quis se donaturum cuidam mille, si qui sic promissit, in pauperatatem deveniat, potest non donare. Si quis juravit se non dissolutum contractum societatis, potest, si socius rixosus, vel notabiliter molestus evadat, dissolvere. Si quis in universitate Licèciatus juravit se non assumpturum doctoratum in alia, si in hac alia iterum liceatur, potest in eadem doctoratus lauream accipere. Hæc autem & similia ideo sic se habent, quia rebus notabiliter mutatis, sicut non obligat promissio, ita nec iuramentum. Nam propterea, qui juravit usuram reddere, vel latroni pecuniam dare, quamvis, si prævidit omnes difficultates in solutionem futuras, obligatur ad solvendum saltem momentanea solutione, vel ad petendam relaxationem juramenti à Superiore, tamen si eas non prævidit, & quando est solutus, pati cogitur grave detrimentum accipiendo ad interese, vel sua bona vendendo, non tenetur solvere, nec relaxationem indiget, quia facta est mutatio notabilis, &c. propterea item jurans non loqui cum hoc quia fuit causa tibi, v. g. fornicandi, si mutentur ejus mores, ac probus efficiatur, non teneris illum vitare, quia permutatio notabilis facta est. Imò etiam si sit occasio alterius peccati, illud ex vi iuramenti non teneris evitare; sicut etiam jurans non fornicari cum hac, non tenetur ex vi iuramenti ad evitandam societatem; in committendo alio peccato, v. g. murmurationis, cum eadem, ita jurans vitare occasionem fornicationis, non tenetur, quantum est ex Religione iuramenti, ab aliis occasionibus abstinerere.

6. In dubio an mutatio superveniens sit tanta, ut iuramentum non obliget, iudicatum obligare, quia possidet iuramentum: poterit nihilominus peti relaxationis, ipso dubio causam relaxationis concedente. Ita Suar. lib. 2. de iuram. c. 3. §. n. 10. Fag. lib. 2. in Dec. præc. 2. c. 19. n. 17.

Tertia Regula.

7. Iuramentum numquam censetur factum in præjudicium tertij, cap. venientes, cum contingat, de iure iurando, cap. 2. eod. in alibi, quia sic esset illicitum.

8. Hinc, qui iuravit secretum servare alicui; si ex secreto penderet alicui malum poterit illud revelare ei, cui prodesse, non obesse potest qui iuravit se de tali loco non abscissurum, si à Superiore serio jubeatur discedere potest, imò debet obedire, secus fiet ei eadem superiori præjudicium. Qui iuravit solvere centum Petro posteriore, potest, debetque solutionem dare anteriori, si alia centum non suppetant. Qui iuravit longam instituire peregrinationem, potest, ac debet ab ea desistere, si Dominus, in cujus fortè potestate est, abnuat. Atque hæc, & similia, ideo sic se habent, quia illicitum est nocere proximo, vel alicui præjudicium ferre.

§. V. Expenduntur aliqua iuramenta promissoria.

1. EX doctrina hæctenus in superioribus sparsim allata, solvi possunt plures non contemnendæ difficultates circa aliqua iuramenta particularia; quæ ad majorem claritatem sunt hic sigillatim proponendæ.

Iuramentum sine consensu.

Quando tu consensum ex quacunque causa non præbuit, (sed dissentiendo interne, solum, v. g. docetis promissisti, vel iurasti) etiam si peccatum tibi non fore servare iuramentum, tamen non teneris servare ex vi Religionis, nec obligaris petere relaxationem, sed gerere te poteris, perinde ac si nihil iurasses, nec promississes, Sic Oñate tom. 1. de contractibus, tract. 2. disp. 3. sect. 1. §. n. 234. Ratio est, quia nunc, cum non attuerit ullus animi consensus, ne meticolosus quidem, nulla obligatio contractus oriri potest.

Hinc vides discrimen, cur consensus meticolosus iuratus obliget saltem momentaneam solutionem, ut mox n. 6. dicam, hic verò consensus fictus ad nullam discriminationem autem est, quia hic nullus adest consensus, cum tamen ibi, quamvis meticolosus, adest. Si quando tamen per ejusmodi fictionem injustè proximum deceptisti, te obligat ad illius damna nimis sepe diximus.

Iuramentum de actu irritato per legem.

2. Quando jus non solum irritat contractum, seu actum, sed etiam iuramentum, sive irritando ipsum actum sive prohibendo, ne ei contractui iuramentum apponatur, non obligat iuramentum. Sic de Lugo l. 2. de iust. disp. 22. sect. 8. num. 596. Oñate t. 2. de contractibus, tract. 4. disp. 17. sect. 2. n. 66. Basil. Pont. de mar. lib. 12. cap. 8. n. 37. Ratio est, quia tunc Ecclesia veluti antecederet per se bonam communitatis sive irritavit, sive relaxavit illud iuramentum: Sic Tridentinum sess. 23. cap. 16. de Regul. irritavit renuntiationem etiam juratam Novitij, nisi certis conditionibus assignatis: sic etiam matrimonium gravi, injustoque metu celebratum, etiam accedente iuramento, invalidum est ex cap. 2. de eo qui duxit; idem in professione solemnari, & in quibuscunque votis ex metu, modo explicato supra lib. 1. c. 2. n. 8.

3. Solum posset esse controversia, an sicuti certum est, id posse facere Ecclesiam, cujus est potestas iuramenta relaxandi, etiam antecederet, quam emittantur; ita possint Principes alio modo, sive remittendo obligationem, sive reddendo materiam ineptam iuramento, sive constituendo iurantem incapacem, &c. Et quidem posse docent nobiles Doctores, Sanch. lib. 3. in Dec. c. 22. n. 10. de

Lugo l. c. n. 243. Basil. Pont. l. c. n. 38. Castr. t. 3. ar. 3. disp. 2. de iur. p. 4. n. 6. id quod nobis satis sit inquisisse.

Iuramentum ex parte actus illicitum.

4. Si actus ipse iurandi sit illicitus ratione alicujus circumstantiæ, ut si, v. g. iuramentum de donando equum amico, cum magna ira, cum blasphemia, contra præceptum Superioris, contra votum, quod quis fortasse emisit de non jurando, &c. obligabitur ad sui executionem?

Respondeo cum Suar. t. 2. de Relictis, de iur. c. 24. n. 2. & 3. obligare, quia, licet iuramentum comitetur aliquod ex illis capitibus prædictis, tamen ipsa materia, circa quam verisatum iuramentum, nempe ipsa donatio equi, non est illicita, ut supponimus, & actus ipse iuramenti ex committitur ita quoad substantiam non vitatur.

5. Quod si præceptum, v. g. Superioris non solum fuerit de non jurando, sed etiam de non donando ex vi iuramenti, & supponatur tale præceptum validum esse, & legitimum, certe tunc ipsa materia iuramenti erit illicita, quia contra prohibitionem, atque adeò non aderit obligatio illam exequendi. Idem dic, si ex ira promittatur, puniti, in vindictam aliqui, v. g. filius à patre, servus à Domino, &c. tunc enim cum illa punitio, quæ est materia iuramenti sit mala, sive venialis, observanda, ex dictis §. 3. non est.

Iuramentum illicitum ex parte ejus, qui illud per metum gravem, vel vim, vel injuriam extorquet.

6. Extorquet à te latro iuramentum, ut promittas ei dare pecuniam; Idem facit per injuriam ultrarius, ut promittas ei solvere usuras ex mutuo, obligat sine promissis? Respondeo te obligari. Ita S. Thom. Molin. Sanch. Bon. aliique apud Castr. t. 3. disp. 2. de iur. p. 4. n. 3. Laym. lib. 4. tr. 3. c. 7. n. 7. Ratio est, quia, licet illi peccent accipiendo, & ad restituendum accepta teneantur; tu tamen potes sine peccato dare. Adverte tamen id à te fieri momentanea solutione posse, ad servandam Deo, & iuramento reverentiam, sed statim poteris etiam (si opus fuerit) Officio judicis implorato, repetere; cujus rei ratio redditur infra §. 6. n. 2. Poteris, item, si libuerit, à Superiore petere iuramenti relaxationem, & nihil dare, ipsa enim injuria sufficientem affert Superiorem causam dispensandi. Quas disparitates huc facientes vide infra, n. 21. & n. 44.

Iuramentum contra aliud iuramentum, vel votum.

7. Si iuramentum sit de se, seu materia opposita rei per aliud iuramentum, vel votum promissa, obligabitur? v. g. iuravi, vel voti castitatem, deinde promitto, cum iuramento ducturum hanc puellam, obligor- illam ducere?

Respondeo te non obligari. Ita Suar. tom. 2. de Relig. tract. de iur. lib. 2. c. 19. num. 10. Oñate t. 1. 1. disp. 40. sect. 3. n. 119. aliis relatis, contra Gomez. Ratio est, quia, hic non solum adest peccatum in ipso actu iurandi, sed etiam adest materia jam reddita mala ex vita antecedentis iuramenti, vel voti. Similiter enim, si promissisti sponsalia, iam sine iuramento huic feceris; non valet iuramentum de ducenda alia, ex Sanch. lib. 1. de mar. disp. 50. quia propter priora sponsalia, reddita sunt nulla hæc posteriora, atque adeò non sunt apta ad recipiendam obligationem novi iuramenti.

8. Audi causam: iuravit petrus se ducturum Bertam, deinde iuravit se ducturum Catharinam. Post hæc Berta remisit voluntarie sponsonem sibi factam à Petro, obligabiturne Petrus ducere Catharinam? Atque idem posset queri, si ex quocunque alio capite prius iuramentum incipiat vim non habere.

Respondi non obligari. Ita Sanch. lib. 1. de mar. disp. 50. num. 4. Suar. l. c. n. 19. Castro Pal. t. 3. disp. 2. p. 8. §. 6. fin. Ratio fuit, quia: Quod initio invalidum est, tractu temporis non convalescit. Reg. Non firmatur, de reg. iur. in 6. Cum

Cantero postea iuramentum de Catharina duceps
da, quando fuit emissum, invalidum fuerit, quia de
maius mala, sic reddita propter prius iuramentum,
postea convalescere non potuit, unde nec obligare. Si
tamen post priora sponsalia dissoluta de novo incantur
posteriora, certe hæc obligabunt, quia posterior materia
sponsalium mala non est.

Quæritur Dispositiones factæ contra prius iuramen-
tum, quænam valide? Iuravit quis, v.g. non vendere suum
equum, deinde de facto vendit, alterique tradit; valétne
iuramentum? Iuravit quis, suum testamentum non commuta-
re, deinde mutat, valétne mutatio? Iuravit quis spon-
salia puellæ, deinde aliam, ducit, valétne matrimonium?
Similia? Quid, si dicta venditio, mutatio, matrimo-
nium, &c. fiant cum novis iuramentis? Respondeo non
habere has posteriores dispositiones, iuramenta con-
traria perjurium, quia sunt contra priores graves, &
non dispensatas, seu remissas, ut suppono, promissiones
& sic sunt de re illicita, ut modò diximus. Superest ergo
videre, an nihilominus tales actus contra prius iura-
mentum validi sint, licet illiciti facti. Et quidem validos
esse defendit communis, & vera sententia. Ita Sanchez
lib. 6. de marit. disp. 13. n. 4. Laym. lib. 4. r. 3. c. 8. num. 5.
aliqui apud Castro Pal. tom. 3. tr. 14. disp. 2. p. 9. §. 7. Ra-
tio est, quia per iuramentum non tollitur potestas à ju-
rante, ne possit facere actum, quem aliàs valide facere
poterat: quique à mera facultate agentis pendet. Sicut
enim à jurante jejuniū se servatum, non tollitur po-
testas physica comedendi, sed solum illi per iuramentum
se comestio illicita, sic nec tollitur potestas de qua loqui-
mur in casu nostro, &c.

10. Dixi (quem aliàs valide facere poterat) si enim
aliunde actus erat invalidus, non est mirum, quod etiam
invalidè fiat post prius iuramentum. Vendidisti, v.g. cum
iuramento equum, & de facto tradidisti emptori; deinde
enim cum iuramento vendis alteri: hæc posterior ven-
ditio nulla est, quia per traditionem factam primo em-
ptori, equus non est amplius in tuo dominio, quem va-
lide vendere possis. Pari modo alienasti cum iuramento
fundum dotalem, sed sine requisitis, idque post iuramen-
tum antea factum de eo fundo non alienando; invalidè
alienasti, quia alienatio ejusmodi sine debitis requisitis
aliunde fuit invalida, hoc est, ex legis dispositionibus
non posse sine debitis requisitis fundum dotalem alie-
nari: nam per iuramentum ejusmodi alienationi appo-
situm, non esse in nostra sententia confirmatam, nec vali-
dam scilicet ejusmodi alienationem, docetibus infra.

11. Quid in favorem tertij aliquid jurasti, nec iura-
mento scilicet, sed per novum iuramentum alteri reus de
facto donasti, vel quid simile fecisti, unde damna eveni-
runt illi tertio, ea omnia ex supra dictis esse ipsi, refat-
tenda meminisse oportet.

Iuramentum in Matrimonio, & in Sponsalibus contractis
ex metu ad illa extorquenda injustè incusso.

12. Antonius dicto metu, & quidem gravi coactus du-
ce, vel promisit ducere Bertam, addiditque iuramentum.
Quæritur primò, an sicut matrimonium fuisse irritum,
si iuramento caruisset, sic etiam ad illo addito? Secundo,
an scilicet illa iuramenta Antonius teneatur ratificare,
vel de novo emittere? Tertio, An indigeat relaxatione, ut
ea possit non observare?

Respondeo ad primum, esse irritum tòm matrimonium,
tòm iuramentum, tum utrumque unitum. Ita Sanchez,
aliqui apud Tancredam lib. 4. de mar. disp. 10. Ratio est,
quia matrimonio huic deest perfectus consensus, adde &
ius Ecclesiasticum illud irritans, ut diximus supra, lib. 1.
c. 1. §. 5. n. 22. & §. 7. n. 3. Cum ergo iuramentum superve-
niens non inveniat perfectum consensum, matrimonium
semper remanebit in sua nullitate.

13. Ad secundum: Sive iuramentum fuerit de præsen-
tibus: Iuro me ducere Bertam, sive de futuro, ut: Iuro me
huic matrimonio (ex metu contracto) non contraveni-

rum; non teneri Antonium illud ratificare, vel iterare,
Ratio est, quia cum utrumque sit extorsum per injuriam,
non est unde obligatio oriri possit: Adde peccatum
fore, si velit non contravenire dicto matrimonio; esset
enim velle persistere cum non sua: nisi tamen deposito
metu, vel vero animo, & non metuloso iterum Anto-
nius contrahere, id quod posset quidem facere, sed, ut
dictum est, non obligaret.

14. Ad tertium, non esse opus relaxatione, quia ubi
nullum est vinculum, nulla est necessaria relaxatio. Ita
Tanc. ibid. d. 21. a. n. 1.

Quæ dicta sunt de matrimonio, dic de sponsalibus,
quæ perfectè voluntaria etiam esse debent.

Illud nota, si vel matrimonium, vel sponsalia sint con-
tracta ex simili metu, sed levi, cum in nostra sententia
supra, lib. 8. c. 2. §. 6. n. 11. & §. 7. n. 3. sint valida, iuramen-
tum illis additum validum erit. Puto tamen probabile
esse ejusmodi iuramentum in sponsalibus contractis ex
metu levi posse ab Episcopo in foro interno relaxari
(nam in externo non conceditur, ut ibidem dixi) ipse
enim metus, licet levis sufficiens causam dat relaxa-
tioni. At in matrimonio de presenti contracto ex simili
metu levi non potest; quia matrimonium est contractus
naturæ suæ irrefragabilis:quare posito, quod in nostra
sententia ipsum est validum, erit etiam validum iuramen-
tum, atque adeo nec matrimonium dissolvi, nec iuramen-
tum illi adhærens relaxari poterit.

Iuramentum de non accusando, vel de accusando.

15. Iuramentum de non accusando in universum irri-
tum est, sic suar lib. 2. de iuram. cap. 17. a. n. 14. Sanchez lib. 3.
in Dec. cap. 21. n. 12. quia est de re iurata, cum aliquando
expediat bono communi accusare. Dices, at aliquando
non expedit, ergo pro hac parte, quando expedit, vali-
dum erit. Respondeo, nego consequentiam: cum enim
hoc iuramentum fuerit per modum unius includens
omnes casus, ut supponitur, inhonestum est, quia malum
ex quocunque defectu, atque adeo totum corrumpit, etiam
quoad illam partem fortè honestam. Quid si loquamur
de iuramento, quod fiat de non accusando aliquo deter-
minatè, vel de non accusando in tali materia, &c. vale-
bit, vel non valebit, perinde ac poterit, vel non poterit
servari sine peccato, modo nimis sæpe dicto.

16. Pari ratione iuramentum de accusando in univer-
sum invalidum erit, ita Castro, disp. 2. de iuram. part. 7. §. 3.
num. 2. Basil. Pont. lib. 12. de mar. cap. 8. num. 29. quia id
contra charitatem, & sæpe contra prudentiam est. Quid
si iuramentum sit de accusando aliquo particulari, est
distingendum; Si enim sit ante commissum delictum,
poterit esse validum, quando accusare bonum esse præ-
videretur, ut si prævideretur non sufficere meram denun-
tiationem, sed necessariam esse accusationem, ob bo-
num commune, vel bonum tertij. Si verò iuramentum
de accusando fiat post commissum delictum, aliquando
item erit validum, quando accusatio affert bonum com-
munitati, vel tertio, vel emendationem rei. Non erit va-
lidum, quando accusatio est, propter aliquam circum-
stantiam malam, vel ex odio, seu vindicta; nam tunc
materia est incapax obligationis iuramenti, ut supra do-
cuius.

Illud video iuramentum de accusando, raro obliga-
re. Ita Sanchez lib. 1. in Dec. cap. 9. n. 17. Castro Pal. de. 2. eff.
lib. 2. cap. 42. d. 4. in simili; nam si fiat ad vindictam non
obligat, imò peccatur mortaliter sic jurando, nisi vin-
dicta sit levis, ut accidit in pueris jurantibus se accusa-
turos sodales magistro, vel paedagogo, si fiat ob bonum,
certè vel non solet esse verum iuramentum, cum sit so-
lùm comminatorium, ut consueverunt matres jurare
contra filios, vel faciliè mutatae inventionis circumstantiæ
v.g. reus est emendatus, vel omissio accusationis est majus
bonum, siquidem rixæ vitabuntur, &c.

Iuramentum

Iuramentum malum ex fine malo: ubi de Iuramento nimis prodigo.

17. Paterfamilias iuravit se daturum mille aureos, impudicæ puellæ, obligabitur illos ex vi iuramenti dare? Duo hic inquiruntur. Primò, an obliget hoc iuramentum, quod certè pravum est, ratione mali finis, ob quem conceptum fuit. Secundò, an obliget ex eo quod hæc promissio sit nimis prodiga, atque, ut suppono, saltem venialiter mala. Et quidem adverto, certum esse hanc promissionem ante patratum crimen esse sub mortali seiscidendam, nec ullo modo obligare, quia contra hanc promissionem mortaliter pravam, illamque firmam iuramento velle, est in peccato habituali commorari. At patratum jam scelere.

18. Respondeo ad primum; valere iuramentum, atque obligare. Sic Sanch. lib. 3. dec. cap. 9. num. 28. Bonag. tom. 4. disp. 4. de iuram. quest. 1. p. 4. num. 5. quia licet actus fuerit turpis, iuramentumque illicitum in se, tamen materia ipsa, id est donatio, ex nullo capite illiciti supponitur. Non sic, si quis iuraverit dare aliquid simoniacè: non obligaretur enim illud dare, quia omnis donatio simoniaca prohibita est in iure Canonico, ut explicatius in tractatu de Simonia dicitur.

19. Respondeo ad secundum: probabile esse valere dumtaxat, & obligare iuramentum prædictum quoad partem, quâ promissio prodiga non est: non valere, quoad excessum. Sic Sotus, Banes, Arag. Suar. citati à Sanchez ibid. n. 27. Ratio est, quia, quoad excessum aliqua est culpa, nempe, ut supponimus, saltem venialis: quoad aliquam partem, nulla: iuramentum autem alteri factum servari debere, quando, & quomodo potest sine ullo peccato, satis dictum in superioribus est.

20. Dixi (esse probabile) nam etiam iuramentum probabile esse ejusmodi donationem, seu iuramentum quoad omnes partes, esse nulla. Lege Tancr. lib. 9. de matrim. disp. 2. §. 1. tom. de Relig. lib. 2. de iur. disp. 8. n. 34. Ratio est, quia promissio videtur facta (nisi aliud expresse intantum fuerit, ut si iurans habuisse animum donandi ea, quæ sine prodigalitate potuisset) videtur inquam, promissio per modum unius, & indivisibiliter facta de toto millenario aureorum: cum ergo tota materia si inhonestæ, quia totum inficitur à quacumque parte totum iuramentum quoad omnes partes corruat, necesse est. Sanchez ibid. docet esse etiam probabile: valere quoad integram promissionem, quia esto saltem venialiter peccaverit prodigè promittens: at in executione non appareret culpa, imò adest iustitia, nempe solutio debiti jam contracti. Sed non acquiesco, quia posita prodigalitate materiam, nunquam ejusmodi debitum fuit à iuramento, quod non est vinculum iniquitatis, confirmatum.

Si verè tunc post promissionem culpabilem donatio non esset prodiga, certè adesset obligatio ad donandum: quoad dictam conditionatam solam potest evincere de Lugo tom. de Inst. d. 18. sect. 2. à n. 60. qui nobis contrarius videtur; vide eundem tom. 2. d. 23. sect. 8. n. 113. At re ipsa in casibus, de quibus loquimur, Donatio, quæ exhibetur ex vi promissionis prodigæ, prodiga est, & ipsa est vocatur solutio promissionis factæ, quia refertur ad materiam prodigam, cum sit perseverantia in prodigalitate promissa; & quia donans exequetur id, quod prodigum est, atque adeò saltem venialiter malum. Fac me tibi cum iuramento promississe projicere in puteum mille aureos, nonne tum promissio, tum promissionis executio est prodiga? Ita sanè, nec enim fidelitas promissionis extrahit projectionem à sua malitia intrinseca prodigalitatis, ergo fidelitatis hæc honesta non est, nec observanda; ita in casu nostro: idem enim est projicere in puteum aureos illos, ac projicere eosdem in tuum sinum, quod utrumque prodigum esse supponimus.

Exemplum quod ex Cajetano approbat Sanchez dist. lib. 3. in Dec. 9. nu. 27. quod scilicet solutio promissionis pretij factæ Meretrici, sit absque ulla culpa, licet fuerit

culpa ipsa promissio, non est contra nos, quia solutio pretij est debita ex iustitia, post actum illum quamvis turpem, ut alibi à nobis fuisse dicitur, nec ullo modo supponitur ex alio capite peccaminosa: at Donatio, de qua nos loquimur, est, ut diximus, prodiga, & saltem peccatum veniale.

Iuramentum errore, vel dolo extortum.

21. Quando per errorem, vel dolum in substantia dantem causam contractui, aliquid cum iuramento promissisti, ad nihil obligaris. Ratio est, quia tunc absuit consensus. Si quis enim deceptus, quod hæc sit gemma, cum sit vitrum, illam, etiam cum iuramento, emit, non consentit in emptionem hanc, quæ est vitri, nec illam creat. Nota. In mens adest consensus, licet meticulosus, hic non adest: non igitur mirum, si ibi obligat iuramentum ad momentaneam illam solutionem, hic ad nullam.

Dixi autem (per dolum in substantia) nam si dolus, vel error versetur circa accidentia, licet deceptus semper habeat jus ad sui damni, si quod patitur, compensationem; tamen non infirmatur iuramenti obligatio, sed relaxatione opus est, quia tunc jam adest consensus quoad rem substantialem. Ita Layman, lib. 4. tract. 3. c. 2. num. 5. Suar. Molin. Sanch. ab eodem citati, & passim.

23. Adverto non solum quando dolus, seu error est in accidentibus, ut ex se redundat in ipsam substantiam, nullus est contractus, sed etiam quando similis error, vel dolus in accidentibus dat totam causam contractui quando scilicet contrahens expresse ideo contrahit, quia illam qualitatem vult. Ita Oñate 1. de contractibus, r. 1. disp. 3. sect. 2. à n. 154. quidquid dicant de Lugo 1. 2. de iustitia, disp. 22. Molina de contractibus d. 139. qui sine distinctione loquuntur de metu, dolo, Ratio est, quia tunc qualitas illa est tota ratio consensus, ergo, si illa non adest, nec consensus advertit, atque adeò nec contractus, nec obligatio. Vt si cui volenti vinum vetus expresse emere, tu portigas novum, nulla erit emptio, si quidem nunc voluntas ementis est velut sub conditione, hoc modo. Volo (nec sciam velle) emere vinum, si talem qualitatem habet, secus absolute nolo emere. Id quod puto habere locum tum in errore, seu dolo antecedente, ut loquimur, id est, sine quo contractus non fieret, tum etiam concomitanti, id est, quo errore, vel dolo posito, fieret, sed tamen non, fit, contractus: jam enim utrobique non adest consensus contractui essentialis.

24. Hinc inferit Fagundez de contractibus lib. 5. cap. 4. n. 11. si iurasti quædam tecum fornicanti nuptias, putans illam virginem, vel iurasti emere, seu locare domum, quam à daemonibus deinde vexatam invenis, vel iurasti vendere fundum tali pretio, quo te graviter læsum deinde invenis, vel renuntiasti hereditati contentus dote, quam deinde multò minorem invenis, quam erat hereditas, inferit, inquam Fagundez ex Lessio lib. 2. c. 4. dub. 9. n. 35. te ad standum contractui, vel iuramento, non obligari, quia scilicet in his omnibus, vel ratione doli, vel ratione erroris ex modo quo solent committere fieri similes promissiones contractus, tu verè non consentisti.

25. Dices, ergo in matrimonio si quis accipit conjugem, quam credit nobilem, divitem, virginem, & talem deinde non invenit, nulliter contrahit, quod est contra omnes Doctores, apud Sanchez de matr. lib. 7. disput. 18. num. 11. & 25. qui docent errorem in persona invaliditate matrimonium, non vero in sola qualitate. Respondeo cum Oñate de contract. 1. 1. r. 1. disput. 3. sect. 6. n. 132. Sanch. de matr. lib. 7. disp. 18. n. 21. si expresse cum prædicta conditione quis contrahit, certè nulliter contrahit, absente conditione, etiam quoad qualitatem, irritumque faciet iure naturæ matrimonium: ut si sic dicat: ego consentio in Bertam, si est virgo, tamen ipsa esse virgo non invenitur. Ratio est, quia tunc verè deest consensus, qui

quod est de essentia matrimonij. Idemque est in voto, & iuramento propter eandem rationem.

26. Dixi (expresse, nam ceterum tunc in quocunque contractu, voto, iuramento ex Castro Pal. tom. 3. de iur. p. 5. num. 1. tum multo magis in matrimonio, quod prohibeat Religiosa, quæ matrimonio, propter perpetuitatem contrahatur, nisi expresse sub conditione circumscripta equiparatur, sicut per validè contrahatur, quia ex modo, quo consensus dari solet, & ex communiter presumitur, quod nisi conditionem de contingebat, præsumitur, quod nisi conditionem de contingebat, expresso animo ponas, absque conditione, atque adeo validè. Simile quid evenire solet in Episcopo ordinante, qui quamvis aliis noluit, sed prohibeat excommunicatum; verbi gratia, ordinando, tamen quando actu ordinat, illum non excludit, sed absolute, unde & validè, ordinat: simili igitur modo in casu nostro. Nam licet fortasse, si scires illam qualitatē, non contraheres, nihilominus, quia actu contrahens habet contractus in substantia omnia requisita ad validitatem, ac propterea non poterit dici invalidus esse ob ignorantiam qualitatis. Huc spectavit fortasse Molina cum apud Bonaciam tom. 2. in 2. præcept. Dec. lib. 4. p. 5. num. 9. dixit ideo matrimonium, & professionem in erroribus quoad qualitatem, non irritari, quia, qui statum aliquem perpetuum assumit, censetur velle illum assumere, etiam si res aliter, quoad accidentia, sit ac iudicat, modo constat, quoad substantia.

27. Hinc vides discrimen: error in persona, vel in personam redundans, uti etiam error in Religione, vel in Religionis substantialia redundans, semper irritat contractum, seu votum, quia tunc deest consensus in substantia; quare contrahas cum Berta, quam deinde invenis servituti mancipatam, eo ipso irritum est matrimonium: si ingrediaris Religionem, hanc putas S. Francisci, sed invenias deinde S. Dominici, eo ipso nulliter profiteris, &c. ac in qualitate, nisi in casu expellens modo dicto non irritat, quia iam adest consensus in ipsum contractum, & in omnia substantialia: semper tamen, ut modo dictum est, remanet jus in decepto ad compensationem si ea potest dari. Vide de his, quæ infra dicam, cum de voto errore, & dolo.

Iuramenta aliqua de rebus indifferentibus.

28. Iuramentum Deo factum non scribendi, non suendi, non navigandi, non laborandi aliquo die, non credendi mercatam, vel talem attem, non comedendi hæc, vel alia, donec maritus, v.g. domum veniat, & similia, si emittantur ob fines temporales, ad malum eventum habitum talis negotij, ob molestiam de marito absente, ob vindictam, ob avaritiam, &c. non obligant, sic Suar. lib. 2. de iuram. cap. 17. a num. 3. ad 7. quia hæc, ut vidimus supra, c. 3. §. 2. sunt vota, quæ etiam jurata de rebus indifferentibus Deus non acceptat. At si ex circumstantiis colligantur fuisse emissa, propter bonum finem, v.g. ut melius deo vacetur, ut ab ea exercitatione non impellatur quis ad peccatum, ut ea abstinentia reditus mariti impetitur a Deo, obligant sane, quia sunt de re bona. Monco item semper esse observanda, quando emittuntur in commodum, seu utilitatem aliorum, quia tunc est iuramentum factum homini, quod, ut diximus, supra c. 3. §. 3. num. præsertim 12. obligat, modo explicato ac si esset promissio acceptata.

Iuramentum de redeundo in carcerem.

29. Iurat quis se redditurum in carcerem, an teneatur redire? communis, & vera Doctorum responsio est obligari, etiam cum vitæ vel gravissimo periculo, si redire ex aliquo capite habeat rationem virtutis, ut si carcer sit iustus, & mors iuste inferenda, si eo non redeunte iniuste vexandus sit cultus, si redire faciat ad bonum publicum, vel ad averendum scandalum contra Reli-

Part I.

gionem Christianam. Ratio est, quia tunc iuramentum est de re virtuosa, atque adeo servandum. Imò iidem Doctores dubitant, an hoc iuramentum possit ab Episcopo relaxari, quod, si est otium, vide.

30. Sed quid, si carcer sit iniustus? negat obligari Vasquez, Basil. Pont. Navar. Covar. alique citati à Castro Pal. tom. 4. r. 14. disp. 2. p. 4. num. 14. quia opus est temeritatis, se sine necessitate morti offerre: ergo & iuramentum de ea re temerarium erit, & non obligatorium; nam propterea aliqui, ut Covar. Gutier. alique apud Tancr. 1. de Relig. lib. 2. de iuram. quæres 2. num. 21. addunt peccare, si redeat.

31. Affirmant Suarez, Sanch. Less. Bonac. alique apud eundem Castro Pal. ibid. num. 15. obligari, quia esto se offerre morti sine causa sit temerarium: at se offerre morti post iuramentum, est cum maxima causa, atque adeo non temerarium; nempe ut fidelitatis, & veracitatis iuramenti servetur; ergo, &c. Confirmat id ex Layman. lib. 4. r. 3. cap. 7. n. 3. sine, quia licet Princeps peccet promittendo cum iuramento sine urgentissima causa Hebræis libertatem suorum ritum, tamen supposito, quod juraverit, obligatur iuramentum servare; ne cum damno commercij humani fides rumpatur. Sententia prior est probabilior, hæc posterior sit saltem, propter autoritatem extrinsecam, probabilis.

32. Notat autem Suarius in sua sententia hoc posterius iuramentum, quando scilicet carcer est iniustus, (nisi aliud bonum publicum exposcat (posse ab Episcopo relaxari; ipsum enim jus vitæ stat causam relaxandi.

De illo priori, quando scilicet est de re vitiosa, dubitant Doctores, citati, quos, si est otium, vide.

33. Illud denique libens addo, si pro reditu mutata sint circumstantiæ, quia non prævidetur quis mortem, vel alia gravia pericula, quando juravit, quæ prævidet in reditu, non teneri iuramento. Sic Tancr. ibid. a num. 18. Ratio est superius dicta, quæ mutata tunc essent circumstantiæ. Imò aliqui concedunt, etiam si prævidisset mortem, cum juravit, posse non redire ex eo capite, quia vix potest accidere, ut, qui iurat redire, concipiat periculum mortis eo horrore, quo concipit, quando redit, quare jam ratione ipsius mutantur notabiliter circumstantiæ.

Iuramentum volentis compensatione uti.

34. Quidam per familiaris meus (vocetur hic ficto nomine Ioannes) generosum equum vendidit creditæ pecuniā centum aureorum Consobrinum suo, quam exigere sola petitione nequaquam valuit, atque ob sanguinis conjunctionem cogere per Iudicem nunquam voluit. Quid tandem remedium? Sors, sive occasio, quæ se obtulit, filie nuptias celebrandi, modum, prudentissime, an fraudulenter ignoret, Ioanni aperuit. Adit consobrinum, mutuoque petiit in necessitate aureos centum, iurans se infra mensem esse redditurum. Consobrinus iuramenti Ioannis hominis religiosissimi obligatione contentus, mutuum concedit, nulla utrinque mentione facta debiti ex equi venditione contracti. Elapso mense, imò mensibus aliquot exactis, nulla apparente solutione, Ioannem Consobrinus interpellat, monendo de debito. Is compensationem se uti velle cum iis aureis centum, quos alter ex equo debebat, disertis verbis exposuit. Clavare creditur, iuramenti religionem obtrudere, hominis alioqui omnibus virtutibus præditi fidem implorare. Contà, Ioannes nihil se debere, iuramentum iuri compensationis nequaquam officere, de oblata occasione nuptiarum Deo se gratias agere immortales, respondebat. Itaque dum alter compensationem, alter iuramentum urget, ad me delata res est quid iuri, quid rectæ rationi consilium magis esset, dijudicandum?

35. Censui locum esse compensationi, nec familiari meo emissi iuramenti Religionem obstare. Absit autem, ut me familiaritatis affectus in transversum egerit, siquidem una veritatis vis, iurisperitiam (sic Bartolus

L

l. Am

l. Amplius, si rem ratam habere. Panor. c. Ad nostram
1. de iurejur. Baldus Comanus, FaBer, quos citat, sequi-
turque Covar. de pactis. p. 1. §. 4. n. 8. & 10. Theologorum
(ita Sanch. lib. 3. & in Dec. c. 17. num. 15. Molina de iust.
tr. 2. disp. 560. Suar. t. 2. de Rel. 2. c. 37. a n. 9. S. 2. v. l. i. r. am.
num. 20. Azor. p. 1. l. 11. cap. 8. quest. 10. Bonac. d. 2. de iuram.
q. 1. p. 16. n. 2. aliis cit.) autoritate comprobatur, ad sic
decidendum, animum meum non movit modò, sed compo-
nit. Ratio potissima (nam ceteras, ut etiam aliquam
objectionum solutiones, vide apud Doctores laudatos,) illa
fuit, quam adduxit rectè Bartolus quia non est cen-
sendus periturus, qui iuste impeditur à promissis imple-
dis, ut probatur à jure, l. fin. qui satisfactio cogantur, & nos
item insinuavimus in superioribus: at iuste impeditur
solvere centum tibi, à quo centum mihi debetur. Quae
enim per fidem tuam aequitas postulat, ut te non solvente
debitum mihi ego ad tuum debitum solvendum impellatur.
36. Et quamvis aliqui, ut Gutt. 3. p. de iuram. c. 6. n. 1. p.
id quod docemus solum concedant, quando debitum
contrahitur post iuramenti obligationem, ut si conso-
brinus praedictus illa centum ex equi emptione incepit
se debere Ioanni post mutuum ob hanc nuptias conces-
sum, non verò antea, tamen dicta ratio utrobique sem-
per urget: neque enim, quando Ioannes iuravit se red-
diturum mutuum Consobrino, intentionem habuit re-
nuntiandi iuri compensationis, quo gaudebat, ut perpe-
ram putant adversarii: sed potius iudicandum est eo ani-
mo iurasse Ioannem, quo sibi commodius esset, nempe se
soluturum intra mensem per legitimam quamcunque
solutionem, qualis est compensatio.

37. Hac prolata sententia ad me iterum, ut erat te-
nerissima conscientiae scrupulis exagitatus Ioannes clan-
culum, venit autem se quando mutuum, Consobrino
petiit, intentionem habuisse, si si non urgeret, compen-
satione utendi: si instaret, atque hoc modo se multum
offendi ostenderet, animum habuisse omnino solvendi.
A me ergo exquirebat, an illo peturgente, ipse vi ius-
titiae ad mutuum solvendum obstringeretur: nam ceterum
solas consanguinei injustas quaerimonias non mag-
ni se nunc facere profitebatur.

Dixi, non obstringi, nihil enim sibi nocuit per illam
intentionem mente retentam. Ita Sanch. lib. 3. in Dec. c. 17.
num. 16. quidquid contradicat Bonac. tom. 2. d. 4. de iur.
p. 16. vers. addit. Sanè si hanc voluntatem Consobrino
Ioannes aperuisset, isque acceptasset, quia tunc cum
iuramento compensationis ius renuntiasset, à renun-
tatione resilire non posset, & sic sibi utique nocuisset.
Nunc verò, quia id mente operum retinuit, sua iusta
indemnitati nihil nocuit: deficiente enim acceptatione,
iuramentum in utilitatem hominis solius factum, nihil
obligat, ut nos diximus supra, §. 3. num. 12. & merito
docet Sanch. de matr. lib. 1. d. 7. num. 24. ex eo potissi-
mum capite, quia iuramentum sortitur naturam primor-
dialem, & conditionem actus, super quo interponitur:
ed promissio alteri facta habet ex sui natura tacitam
conditionem, si acceptetur. Ergo & iuramentum pro-
missioni additum.

38. Si haec ita se habent, quid dicendum de sequenti
casu? Petrus vel usurarius ex mutuo, vel latroni ex actu
proficisci cum iuramento dare centum, potestne Petrus
compensare, cum illis centum, quae reddere debet us-
rarius, vel latro, casu quo Petrus observet iuramentum
momentanea solutione? atque adeo potestne ex nunc
nonolvere Respondeo non posse, ratio est clara, quia
compensationis natura requirit, ut fiat compensatio cum
illa re, quae tibi à debitore debetur: at antequam obser-
ves tu iuramentum, solvasque, Usurarius, vel latro nihil
tibi debet: ergo, &c.

Iuramentum factum contra leges.

39. Quoniam iuramentum de re contra leges civiles
aliquando obligare, aliquando non item, docent Do-
ctores, inquirimus modum id dignoscendi. Dico (contra

leges civiles) nam contra leges Ecclesiasticas certum est
non obligare. Vt si quis iuraret se matrimonium initu-
rum sine caeremoniis (quoniam accidentariis) Ecclesia.
Ratio est, quia lege Ecclesiastica, vel sub veniali saltem
contringunt, et certe ita pertinent ad bonum commu-
ne, bonumve animae, quales etiam esse solent nonnullae
Constitutiones Religionum ad nullam culpam obligan-
tes, ut contra illas iuramentum non valeat. Sic Suar.
tom. 2. de Rel. lib. 2. de iur. c. 20. n. 1. loquendo igitur de
legibus civilibus.

40. Respondet Sanch. lib. 3. in Dec. cap. 9. num. 19.
afferendo hanc regulam: Quando lex principaliter est
tata circa bonum publicum, quod cognoscitur ex co-
signo, quod verba legis dirigantur ad omnes universa-
liter: tunc contra ipsam non obligare iuramentum, cum
tunc sit saltem veniale contra illam operari. Quando
verò lex seu verba legis diriguntur ad personas parti-
culares, obligare; quia tunc praesumitur lex ferri prin-
cipaliter, propter bonum privatorum, atque adeo non
cum tanto rigore peccati. Hinc, si quis Minor init cum
aliquo contractum, si quis renuntiat futurae successioni,
si quis alienat fundum dotalem, atque haec cum iura-
mento: non peccat, quia leges haec prohibentes sunt
iuramenta dicta obligant. Contrà, si quis iure se aspor-
taturum arma, frumentum, vinum, &c. extra territo-
rium, contra legem id fortè prohibentem; peccat juxta
damnum, quod facit communitati; quia ejusmodi lex
respicit principaliter bonum publicum, cum sit directa
ad omnes universaliter, atque adeo iuramentum contra
ejusmodi legem, obligationem inducere non poterit.
Haftenus ex Sanchez.

41. Huic doctrinae non acquiescit Castro Pal. 3. tr.
de iur. d. 2. p. 3. n. 6. potissimum ex eo, quia Reipublicae
maximi interest, ut illae leges directae ad bonum priva-
tum serventur; quare omnes ea videntur verè, si ve di-
recte, si ve indirecte ad bonum publicum pertinere: per-
inde enim bono publico in veritate servitur, si merces
extra non asportentur, utque si non remaneant puellae in-
dotatae, Minores non depauperentur, filij hereditate non
careant. Regulam ergo sequentem, quam fuisse Castro
Pal. pontificis breviter nos proponamus, & quia expedita
ad praxim est, amplectamur.

42. Vel leges sunt prohibentes, jubentesve aliquid,
vel sunt solum permittentes. Si juretur contra priores,
non valet, nec est obligatorium iuramentum: sic Onate
t. 1. de iur. tr. 4. d. 11. sect. 2. n. 49. quia sic etiam aliunde
ne venialiter quidem peccaretur, fieret contra bonum
publicum, dum non servarentur leges superiorum; unde
ori non potest obligatio ulla, nec ratio pure asser-
tionis, nec alio modo; quia eo ipso, quod iuramentum
est se contra leges praedictas, est de re si ve mala, si ve
contra Deo non acceptatur ob bonum publicum, & ani-
marum: At si jures contra posteriores, valet iuramentum,
quia non est unde illud sit malum: non quidem ex se, ut
supponimus; non ex lege, quia iam ipsa solum est permis-
siva: ergo, &c. Exemplo res fiet dilucida, prohibet lex,
ut fundus dotalis à muliere alienetur: si qua igitur juret
se sine debita solemnitate alienaturam, contra legem
prohibentem, jurat de re contra bonum publicum, &
consequenter iuramentum est inutile, & non obligato-
rium. Verum, quia eadem lex permittit, ut si quae fun-
dus dotalem de facto alienavit, non obligetur illud re-
petere, alienationemque rescindere, quia nullibi inven-
tur lex ejusmodi repetitionem praecipiens: ideo si juret se
non repetituram, validum emittit iuramentum, atque
obligabitur non repetere; quia non repetendo, contra
nullam legem operatur.

43. Ex hac regula fit, ut si minor juret sine autoritate
Praetoris contractum aliquem; si ludens juret se datu-
rum id, quod amittit pecunia creditam, ubi lex ex est, ne sic
judatur; si quis juret se conditum testamentum sine
solemnitate (tamen si leges haec disponant non sub
aliqua culpa, sed sola politica gubernatione ad bonum
publicum

publicum sit, inquam, ut ij non obligentur ad ejusmodi iuramenta custodienda. Sed & Minor contractum dictum iuramentum custodit, si iudex pecuniam jam solvit, si iudex iuramentum sine solemnitate contraxit, & deinde iuramentum hoc se non esse rescissurum, obligantur iuramenta servare: & Ratio utriusque est iam dicta, quia iuramentum est assensus juris, hic adest promissio; idem enim est assensus juris, ne à te illi alius celestetur. Iam, quod tibi prohibet, ne à te illi alius celestetur. Iam, quod tibi prohibet, ne à te illi alius celestetur. Iam, quod tibi prohibet, ne à te illi alius celestetur.

44. Quod si iuramentum, de solvendis ulsris mutuatario, vel de danda pecunia latroni per metum tam extorquenti, ut diximus *supra*, obligat, ideo est, quia hoc permittit lex, licet enim leges contradicant ultionem, latroni, ne injustas hic ulsras, & ne extortam ille pecuniam recipiat: non tamen contradicunt, sed permittunt solvi ulsras, & pecuniam à mutuatario, vel promittente. Eodemque modo præsumeretur ludenti pecuniam creditam permittere illam solvere, si non solvendo gravis infamia notam ludens contraheret; si quidem leges contra subditorum necessitates, honorumque (si aliud non requirit majus aliquod bonum publicum) non judicantur agere, quare in iis circumstantiis valeret ex tali firmitate iuramentum, quia tunc juraretur id, quod est honestum conducens ad propriam jurantis charitatem, lege non contradicente.

45. Denique, si accideret fieri iuramentum contra prædictas leges, quo confirmetur prius iuramentum, cum rigorem habeat hoc posterius iuramentum, quæm prius, quare si prius nullum est, nullum est & posterius. Iuramentum, verbi grati, alienare omnia bona in eo casu, quo nulla est alienatio, deinde alienationem jam factam altero addito iuramento confirmasti; assero neutrum iuramentum obligationem parere. Ratio est, quia, quod nullum est, & inutile, confirmari nequit. Non ita, si iures te non repetere velle id, quod renuntiatus per telem tuam alienationem fortè acquisivit, & possideret; valeret enim hoc iuramentum, cum recurrat regula juri data, quod scilicet à jure non præcipiatur repetitio, sed permutatio.

46. Dices: Aliqui saltem ex his contractibus contra legem factis, qui ex se obligatorij in vim justitiæ non essent, tales sunt, si addatur iuramentum, quando proprio vocabulo dicuntur ejusmodi contractus confirmari iuramento: ergo insufficiens est data doctrina. Respondendo nego tales fieri, ut *mor. §. 6.* explicabimus nostra sententia.

47. Duo hic denique noto, Primo quia diversæ sunt opiniones, an dicta iuramenta contra leges, imò & contra ius sit eo ipso irrita, ex eisque nascatur obligatio saltem ex vi Religionis; ideo semper esse tutum petere dispensationem. Et fortasse invenies aliquos textus apud *Laym. lib. 4. tom. 3. cap. 6. juncto cap. 8.* afferentem multa iuramenta obligatoria, quæ talia non videntur, in quibus dicitur, oportere aliquorum iuramentorum relaxationem petere, quæ non apparent ex se esse obligatoria, & tamen judicantur, vel ob maiorem conscientie securitatem, vel quia in iis textibus Pontifex loquitur juxta opinionem asserentium enasci prædictam obligationem. Causa autem dispensandi satis erit, ne homines ultra necessarios usus contra leges dispoant, Ita *Castro Pal. tom. 3. d. 2. de jur. p. 7. §. 5. n. 4.*

48. Secundo, non raro leges aliquid prohibent, quia præsumunt fraudem, dolum, injuriam: quæ leges, si ab his dicta præsumptio, non obligant in conscientia, ex nobilium Doctorum opinione. Lege Cabbedum 1. *part. d. 1. §. 8. n. 3. ex lege vlt. C. de pactis, & Gloss. 2. Eventus*

Noto igitur, tunc iuramentum contra has leges in foro conscientie valere, (si alias res illicitæ non est, & fraudolus vel injuria verè absint.) Patet, quia tunc iuramentum non est verè contra leges. Habe exemplum. Nepotes, vel in gratia, pactum ineunt inter se cum iuramento, ut indiente Avo dividat hoc, vel illo modo hæreditatem. Hoc pactum etiam juratum, nullum est ex legibus, ne scilicet de herede captandæ mortis Avo. Lege *Tiraq. loc. cit. v. Inquam in præfat. à num. 135.* Si tamen nullus sublit, ne à longe quidem ejusmodi timor, sive propter virtutem nepotum, sive propter senectutem mortis proximam Avi, vel quid simile; assero hoc pactum in conscientia valere, item iuramentum, atque obligatorium esse: quia verè contra legem, seu ejus prohibitionem in conscientia tunc non oritur. Certè Advocatus non potest esse Iudex causæ, cujus fuit Patronus; Idem non potest pacisci cum cliente, de causâ litis; Hæres non potest conficiens inventarium tenetur solvere legata, & æs alienum vires hæreditatis excedentia; & tamen hæc solùm sunt secundum forum externum præsumens fraudes: at iis cessantibus, has leges nihil urgere in conscientia, non ignobiles Doctores asserunt. Ita *Cord. apud Dianam part. 3. tract. 5. res. 56. Val. in different. utriusque fori, v. Hæreditas, different. 2. num. 3. aliique.*

Iuramenta non vendendi minoris, et non emendi pluris.

49. Hæc certè non obligant, quia regulariter nec cedunt in honorem Dei, nec in proximi utilitatem. Quod si in emolumentum proprium jurantis aliquando cadunt, jam ipse potest sibi remittere. Sic *Castro Pal. 3. tract. 14. d. 2. punct. 7. §. 2. num. 4. sine Bonac. tom. 2. disp. 4. de jur. q. 1. part. 4. num. 3. Addidi (regulariter) si enim in aliqua occasione moveris ad sic jurandum propter bonum tertij, ne, v. g. merces pro filiis decrescant, vel quid simile; certè, si assuerit acceptatio, ut patet ex dictis, obligaberis.*

Iuramenta Medicorum, Rectorum Civitatum, Alumnorum Collegij.

50. Quoniam Regula fuit universalis, iuramenta de servanda aliqua lege, vel statuto etiam individuo, &c. esse intelligendum, fuisse emissum sub ea conditione, quam, secluso iuramento, habet statutum sive ex se, sive ex consuetudine: ideo idem dicendum est de iuramentis præstis in hoc titulo. Ita *Duar. tom. 4. in 3. p. 3. §. 5. sect. 3. n. 4. & 6. Sanch. lib. 5. in Dec. 16. n. 10. Nuñus, & Homob. apud Dianam p. 3. tract. 4. res. 3.*

51. Hinc satis est ex *Sanch. ib.* ut Medicus sive per se sive per alios, imminente periculo, moneat infirmum de Confessione, nec tenetur testimoniū exhibere Confessionis scriptum petere, ut possit ad curandum agrum redire quamvis id, aliæque juraverit observare, ex præscripto *Pij V. Super gregem, 4. 566. 8. Maij.* Ratio est jam dicta quia ejusmodi *Pij* non videntur aliter recepta, quare non obligat, nisi ubi usu recepta cum toto suo rigore esset.

52. Hinc Rectores Civitatum, Iudices, similisque Officiales, cum jurant observare multa eorum statuta, ea ex vi iuramenti dumtaxat custodire tenentur, quæ sunt in usu, consuetudineque recepta.

53. Hinc Scribæ Procuratores, aliique jurantes taxam præscriptam se servaturos, eam debent, & possunt pro sua impensa operta mercedem recipere, quam legitima consuetudo introducit: at certè consuetudinem non dum fore introductam puto, quandiu clanculum plus accipitur, & Princeps, cum id nescit, punit. Ita *Castro Pal. tom. 3. d. 2. de jur. p. 7. §. 5. n. 4.*

54. Hinc alumni jurantes statuta Collegij servare, ea obstringuntur ex vi iuramenti custodire, quæ aliàs firma sunt, & servari solent Sic *Salas de leg. d. 1. §. 1. Bon. 2. d. 4. q. de jur. p. 16. n. 6.* Et quidem si ex se sunt levia, vel ut levia existimata, sub levi obligatione; si ex se sunt gravia, vel reputata ut gravia, sub gravi neque

L 2 enim

enim ejusmodi juramenta aliquid addunt, sed solum magis firmitatem obligationem, quæ aliis aderat.

55. Alumni autem Seminariorum jurantes, ad patriam post absoluta studia se redituros, vel Clericatum professuros, poterunt, non obstante juramento, Religionem ingredi. Ita Bas. Pont. lib. 12. de sponsalibus, c. 8. n. 5. quia hic status, ut potest majoris perfectionis semper censetur exceptus: nisi ob aliquod majus bonum expresse renuntiaverint: ut per tres annos post absoluta studia ab Alumnis Collegij Anglicani, huic potestati Religionem ingrediendi renuntiari ob inopiam operatorum in Anglia laborantium, refert Pellizarius t. 1. man. Reg. v. c. cap. 4. n. 44. Layman lib. 4. tract. 3. cap. 6. num. 6. sententiam nunquam posse dictos alumnos Religionem ingredi, si ingressus sit in Religionem, in qua satisfieri juramento non possit; quia illud juramentum, seu votum factum, fuit in utilitatem Ecclesiæ suæ patet. Sed certe, quia status Religiosus, ut dixi, probabiliter censetur semper exceptus, & ut addit Fag. lib. 2. in Dec. cap. 16. n. 5. quia commutatur juramentum in melius (quod ex dicendis cum de voto, omnibus est licitum) ideo nostra sententia est probabilior, faventque ea, quæ dixi supra, §. 3. n. 13.

56. Dubitabis. Quod si qui juret statutum, quod nunc propter aliquam rationem non obligat, obligabit postea? teneaturque is postea servare? Respondeo, distinguendum esse cum Sanch. ex parte, lib. 3. in Dec. c. 14. n. 2. & Fag. ex parte lib. 2. in 2. præc. dec. cap. 24. num. 1. Tunc ex toto, t. 1. de rel. lib. 2. d. 19. n. 8. Si nunc quando juras, statutum non est usu receptum, vel est legitime abrogatum, & nullum, etiam si ponas postea illud statutum redire non teneris: Ratio est, quia juramentum fuit de statuto, quod existeret, quando jurasti. Si ergo tunc nullum erat, & nullum fuit juramentum de ipso non poterit deinceps tractu temporis convalescere. At si statutum fuit dumtaxat suspensum propter aliquam causam, & deinde, cessante illa, reviviscit, ut ita dicam, sanè teneris; siquidem juramentum fuit validum pro lege valida: at jam dicta lex valida est, & solum per accidens eo tempore, quo suspensa, fuit, observatione caruit: ergo, &c.

Evenit id sæpe in taxis, & pretiis rerum. Jurasti, v. g. non vendere frumentum, nisi juxta pretium à Republica taxatum, accidit maxima penuria per duos menses, quando taxa minor antea facta suspenditur, sed post duos menses, cessante penuria, reddit: sanè si tempore illorum duorum mensium jurasti taxatam Republicæ servare, quamvis non obligeris pro duobus his mensibus, postea tamen, redeunte taxa, reddit & tua obligatio.

Juramentum non ludendi.

57. Quandonam Juramentum non ludendi obligat jurantem? Respondeo, Tribus regulis id definiti posse.

Prima Regula: Si jurasti absolute non ludere, nil cogitando, an de ludendo immoderato, & periculoso dumtaxat, an etiam de moderato intellexeris: non teneris te continere à moderato. Ratio est, quia secundum præstatam l. quidquid adstringenda, ff. de ver. obl. debet interpretatio ita fieri, ut minus, quoad fieri potest, obligatio inducatur. Leg. Bon. t. 2. d. 4. de jur. p. 16. n. 3.

58. Secunda Regula: Si jurasti te non lusurum, mente comprehendendo tum immoderatum, tum moderatum ludum, neutro ludo tibi licet ludere. Ratio est, quia quamvis ludus moderatus pertineat ad virtutem Eutrapeliæ, ex S. Th. 2. 2. q. 168. art. 2. incorp. unde ipsius abstinentia videatur non esse bona, & honesta, adeoque non esse juramenti materia: tamen quia perfectius est ob modificationem eo privari, materia est juramenti, id patet in cæteris honestis recreationibus assumptis ex cibo, ex potu ex similibus, quorum abstinentia apta est materia voti, atque adeo juramenti.

59. Sed quomodo dignoscendi, num uterque lu-

des, non solus immoderatus comprehendatur à jurante. Dico cognosci id ex fine à quo movetur quis juravit, sic Castr. t. 3. tract. 14. de jur. d. 7. p. 7. §. 1. Si enim solum intendit vitare jugum, jacturam bonorum, malaque non absimilia, solum immoderatum ludum excludit: si vero voluit se à delectatione ludendi, à jactura temporis, &c. cohibere, etiam moderatum comprehendit.

60. Atque ex eodem fine parvas materias in ludente contra juramentum expendenda item est. Si enim juravit quis abstinentiam à ludo, ne prodigè rem familiarem contereret: à modico, vel notabili damno, quod ex ludo juxta ejusdem statum patitur, levis, vel gravis culpa metiendi est. Si vero, ne tempus consumeret, vel ne delectatione ludi afficeretur, juravit, à tempore notabili infumto, puta plus quam per duas horas, metiendum peccatum mortale est: ita idem ibid. num. 6. Fag. lib. 2. de præc. dec. cap. 26. n. 4. Quare in hoc casu, quamvis notabilem pecuniam brevi tempore ludo exponeres, non peccares mortaliter, quantum est vi juramenti: quia finis, intentus notabiliter non laederetur.

61. Regula tertia. Si juramentum fuit sub aliqua limitatione, v. g. non ludendi cum hac persona, in tali loco tali genere ludii, &c. distinguendum est; si enim id fuit sine ullo honesto, sed sive ad vindictam contra colludentem, sive quia in eo loco male fortunatum se quis credit, &c. non obligat juramentum, quia est de re mala, vel certe fuit juramentum Deo soli factum de re indifferenti: ita Navarr. cap. 12. num. 28. Bonac. tom. 2. d. 4. p. 4. num. 2. Si vero id factum fuerit, quia cum hac persona, vel in eo loco adest occasio peccandi, quæ non adest alibi; juramentum sanè constabit, quia de re fuit utili, & honesta.

62. Denique hic duo adverte. Primum, juramentum tuum de non ludendo, non includere, de non ludendo per intermedium personam, nisi id expresse mente conceperis; quia tunc tu non ludis, sed alius, etiam si tu præsens esses, esses, cum ipso te ludit, Castr. ibid. p. 5.

63. Secundò, Juramentum de non ludendo, an includat promissionem de non ludendo nomine alieno; ex fine, qui te impulit ad jurandum, debere colligere: ita Castr. ibid. n. 6. Si enim rationem habuisti jacturæ temporis, vel discordiarum, dum domi serò redis, &c. includeret: Si vero jacturæ rei familiaris dumtaxat, non item. Ratio est, quia illa obstringit hæc autem fini juramenti non obstant. Quod si finis fuit, ne in blasphemias erumperes, nevana, vel falsa juramenta effunderes, ne cum collutore rixas ageres, & similia: perpendendum est, an quando nomine alieno ludis, tuamque pecuniam non perdis, hæc solitis sis committere: si solitus, includis, secus, probabile est non includere.

Si jurasti alicui, v. g. filiis, non ludere in ipsorum commodum, teneris juramento, si fuerit ab ipsis id acceptatum: sic Sanch. lib. 3. in Dec. cap. 28. n. 9. usque ad 17. sed si non fuerit acceptatum, poterit non observari: eo modo, quo potest promissio soli homini facta, nondum acceptata de qua dictum est c. 3. §. 3. num. 22.

64. De juramento non ludendi limitato, donec daret aliqua conditio, satis sit legere sequentem resolutionem.

Titius profecturus Romam recipit juramentum à filio ipsum aleis non lusurum, donec pater rediret. Verum is morte oppressus Romæ, nunquam redire potuit: quare quæsit filius, an ludus ipsi concedi licet posset? Numquam posse, respondet Bonacinaz. t. 2. d. 4. de jur. q. 1. p. 16. n. 6. quia nunquam ponetur illa conditio reditus.

Sed profectò ita se res haberet, si verba ad litteram sumenda forent: sed quia juramentum, ut dictum est §. 4. est ex animo & mente jurantis interpretandum, mihi videtur mentem filij non fuisse, nisi se à ludo continere per aliquod tempus, & quidem per illud, quo sub potestate est Patris absentis, & non in perpetuum, si enim illum quado juravit interrogassis, ita respondisset ex rationabili igitur interpretatione dati juramenti, licet, quantum est ex hoc capite, ludere posse puto. Fac filium jurasse se non

debetur uxorem, vel se non iturum venatum; donec Pa-
troni Roma rediisset, vel se non iturum ad villam, immo
se non exiturum domo, nisi pater rediisset a foro, v. g. &
pater subita correptus nunquam reddat: nūm filium ad
illa observanda in perpetuum obligat? nūm si filium
De absolutiōe iuramenti non loquimur, quia eam con-
cedere, & qua ratione concedenda, lege apud Sanch. lib. 5.
in Decret. l. 1. n. 10. & cap. 19. n. 4.

Iuramentum de non propalanda arie.

63. Medicus quidam Empyricus secreti cuiusdam me-
dicamenti contra febres malignas conficiens, cum iura-
mento promissit suo Magistro illud secretum nulli com-
municare, nisi unum ex consanguineis ejusdem sui Magi-
stri. Quæsit Empyricus, an posset nihilominus a
communicare.

Dicit esse legendum Fagundez lib. 2. in dec. c. 1. n. 17.
& Suarez tom. 2. de Relig. lib. 2. de iur. c. 17. n. 11. qui expli-
cant S. Thomam asserentem absolute posse, quia ea pro-
missio, quamvis iusta, est contra charitatem. Certe id ita
est communiter. Sed ego unum omnino, vel addendum,
vel monendum puto. Nam si bono publico, sed etiam
bono tertij ex febris forte labantis satis consultum per
alia medicamenta, vel per illum unum, qui secreti conficiens,
medicamentum satis pro infirmis, in casibus occurrenti-
bus distibuat, ut accidit hic Panorini in ERARDIO. Mo-
rality ubi unus satis illud per totam Civitatem, immo Reg-
num spargit obligat illud iuramentum, qui tunc non est
contra charitatem, & ejus violatio esset contra jus tertij,
id est, Magistri, cui lucrum reportare ex sua grivata scien-
tia congruit, & de hoc solo casu iuramentum fuisse ab Em-
pyrico emissum, præsumendum est; nam si bono publico,
vel tertij non providetur, tūc sanè fateor non urgere iu-
ramentum, ut potè de re mala, & contra charitatem nun-
cipatum.

*Iuramentum dandi, vel non dandi mutuum,
vel non fidejubendi.*

66. Hæc irrita sunt, nec obligant, quia sunt contra
proximi charitatem, sic Suarez. 2. de Rel. lib. 2. de iur. c. 17. n. 12.
Sanch. lib. 4. Decret. l. 1. n. 18. Illud nihilominus, est adverten-
dum, circumstantias, vel finem aliquando causæ esse, ut
irrita ne sint, sed obligatoria, si enim hæc iurares in gra-
tiam filiorum, vel tui heredis, ne res familiæ de deo
quatur, ne tibi sint occasiones blasphemandi, furandi, elee-
mosynam non largiendi, &c. valet iuramentum, quia
est de re Deo grata vel filijs si acceptaverit utili.

67. Contra iuramentum de mutuo dandi, vel fidejuben-
do omnibus ex quadam humana, urbanitate emissum non
obligat, quia ex se nisi per aliquam circumstantiam hone-
stam, includit vitium prodigalitatis, vel imprudentiæ.

68. Quod si id iuramentum fiat in honorem Dei, sanè
obligat, quia sicut potest quis distibutare omnia sua bo-
na pauperibus propter Deum si non habet alia onera fa-
miliæ, vel ætis alieni, ita omnibus mutare.

69. Adverto autem, si ejusmodi iuramentum fiat absolute,
intelligi sine notabili, saltem periculo solvendi de proprio
ut scilicet iuramentum interpretemur, quando minori præ-
judicio contra jurantem possit. Ut ergo intelligatur cum
tali periculo, debet expressè id jurari. Iuramentum dictæ
mutuationis, vel fidejussionis pro aliqua determinata per-
sona, si omnibus spectatis, sapiat prodigalitatem, vel im-
prudenciam, irritum est, si aliqua ratione honestatis, vali-
dum, ut ex dictis constat.

70. Hoc facit sequens difficultas: Si juret quis pecuniam
mutuum dare propter charitatem proximo, vel etiā dare
elemosynam, an liceat illi expectare, donec pauper petat
elemosynam, & donec aliquis mutuum exposcat?

Respondet, quoad mutandum posse expectari peti-
tionem mutuatarij. Ratio est, quia obligatio ad mutuan-
dum, & similia, nisi jurans expresserit contrarium, intelli-
genda sunt juxta naturam actus: at natura mutuandi, hæc

Par. I.

est, ut tunc mutuetur, cum petitur. Quoad elemosynam
distinguendum est. Si enim jurasti, eam largiri pauperi,
vel Religioso mendicanti ostiatim, intelligitur, cum pe-
tent: hæc enim est natura ejusmodi elemosynæ promissi-
sæ, nisi aliud intendatur. Verum, si jurasti dare elemosy-
nam pauperi absolute, debes, quamprimum, si sine no-
tabili incommodo poteris, etiam non petenti porrigere;
absoluta enim elemosynæ promissio nisi tamen tem-
pus, vel aliam circumstantiam in iuramento expresseris,
ita requirit.

§ IV. De Iuramento confirmante contractus.

1. Iuramentum promissorium aliquando, ut ex di-
ctis constat, validum est, solum in ratione iura-
menti, hoc est obligat solum intra limites Religionis
ne scilicet Deus faciat in testimonium adducatur; &
tunc iuramentum vocatur per se stans. Aliquando verò
præter hoc dicitur confirmare contractus, hoc est, facit,
ut contractus cui adjicitur, qui aliàs erat invalidus, vel
qui non inducebat obligationem justitiæ, sed solum,
v. g. fidelitatis; fiat validus, & obliget in ratione justitiæ,
dans jus justitiæ ei, in cujus favorem juratur; & tunc
iuramentum vocatur confirmatorium, seu confirmans
contractum.

2. Quando ergo iuramentum est per se stans, id est,
quando obligat, ut solum iuramentum, & non confir-
mat contractum, primo ipse contractus remanet qualis
erat in sua natura sive validus, sive non, & nihil recipit
à tali iuramento, unde relaxato à Iudice Ecclesiastico
iuramento; si contractus ex se erat invalidus, potest iri
contra contractum, quia ex illo nullum jus confertur
tertio. Secundò, potest relaxari à Prælati iuramen-
tum, ut solum iuramentum, Deum dumtaxat respicit,
cujus nomine illud relaxare prælatus potest Tertio, po-
test in casu contractus invalidi ipsi iuramento satisfieri
momentanea solutione, hoc est, potes dare, verbi gratia,
centum illi, cui totidem per invalidum contractum ju-
ratam promissisti: ut sic adimpleas in reverentiam Dei
per iuramentum invocati, quod promissisti; sed potes sta-
tim eadem repetere: quia ex una parte tu non jurasti
non repetere, & ex alia is ea centum invalidè recepi, cum
nullum jus ea retinendi obtinueris, solum tu ex Religio-
ne tui iuramenti debebas: cui jam satisfecisti per illam
dationem momentaneam.

3. At verò, si quando iuramentum confirmaret con-
tractum, daretur jus ei, in cujus favorem juratum est, &
consequenter contractus, si forte erat ex se invalidus
fieret validus, nec posset ei satisfieri sola momentanea
solutione, nec ab Episcopo posset absolute, & in totum
relaxari, quia esset contra jus acquisitum tertij, nisi forte
à Summo Pontifice in aliquo raro casu boni communis:
& nisi forte ex parte, ut non raro accidit, quando à Præ-
lato tale iuramentum relaxatur ad effectum agendi: sem-
per enim intelligitur remanere jus justitiæ acquisitum
tertio, & solum esse relaxatum id, quod est ex parte Re-
ligionis: ita Sanch. lib. 3. in Decret. c. 2. n. 60. Molin. tom. 1.
d. 150. § Illud etiam.

His positis celeberrima est, & multum im-
plexa traditæ hæc difficultas, An iuramentum confirmet con-
tractum. Sed Deo favete, clara & brevis à nobis inietur via:

Potest aliquis contractus vel primò esse in se validus,
sed jure positivo rescindibilis; vel secundò, esse absolute
eodem jure positivo invalidus: & de utroque quærimus
an si illi adjungatur iuramentum, confirmetur, hoc est,
non solum obliget ex vi iuramenti, Religionis, sed
etiam ex vi justitiæ. Dico (jure positivo) si enim contra-
ctus est invalidus jure naturæ, constat apud omnes non
confirmari posse iuramento, cujus rei rationem afferam
mox num. 10.

5. Dux sunt sententiæ, quæ dignæ sunt ut referantur.
Prima universaliter docet nullum contractum confirma-
ri iuramento, & nunquam à iuramento solo habe-
ri, ut surgat jus justitiæ: habetur nim solum à iura-
mento

L 3

CAPUT IV.

De Iuramento Iudiciali.

1. **T**ria hic discutienda propono, (cetera enim huc spectantia, vel sparsim in toto tractatu satis habentur, vel propria sunt fori externi, quae videri possunt apud Laym. *hic*, Doctoresque ab ipso citatos.) Primum, An in contractibus equivocare homini liceat, huc enim id redit, cum contractus & publici sit fori, & initium iuramenti. Secundum, an liceat equivocare aliis à reo, v.g. testi. Tertiū, an ipsi reo.

§. I. An in contractibus cum iuramento equivocare, vel se iurare liceat.

1. **C**ertum est neutrum licere, idque sub gravi culpa, si inde notabile damnum alteri iniuste nascatur; cerūque est, ut saepius supra per occasionem dixi, iurantem debere omnia damna ob causam sui iuramenti dolosi alteri obvenientia refarcire: ita Sayr. in clavi. lib. 5. cap. 4. & passim Doctores. Ratio est manifesta quia tunc contra iustitiam agitur, dum socius deluditur.

2. Dixi primò (notabile) si enim leve, levis erit & culpa. Ita Sanch. lib. 3. in dec. c. 7. n. 1. Bonac. d. 4. de iur. g. 1. p. 12. a n. 7. & 8. Huc, quia dolose in contractu iurans, semper in iudicio habebitur, ac si verè iurasset, quia forum externum solum considerat ipsa externa iuramenti verba: idè ex hoc capite difficulter notabile damnum, alteri fiet, unde graviter peccetur. Propter eandem rationem (ut id hac occasione innuam, quod mox disputabo distinctius) idem erit coram Superiore, quidquid contra sentiat Cast. rom. 3. in 1. 4. de iur. d. 1. p. 8. n. 5. fin. nec enim graviter Superioris potestas offenditur, modò falsum non iuretur, & modò ut verum in foro externo iuramentum habeatur.

3. Dixi secundò (iniuste) si enim iuste, ad iustam, v.g. compensationem sic iurares, mortaliter non delinqueres, immò nec venialiter, si causa equivocandi adesset, ut ex superioribus patet. Ratio est, quia tunc nec contra Religionem peccas, nec contra iustitiam: si quidem, data equivocazione, Deum verè cum falsitate non invocas, & nullo supposito damno, nullam proximo injuriam inferis.

4. Hinc in contractu promissionis sive liberalis, sive onerosae in contractu mutui, sponsalium, venditionis, emptionis, &c. si quis contraheret cum iuramento equivoco, vel ficto, iustam habens causam sic suis rebus, sine alterius iniusto damno, consulendi; immunitas esset à culpa, cum nil committeret contra Religionem, vel iustitiam, immò nec contra fidelitatem, iusta existente causa simulationis.

§. II. An in Iudiciis equivocare cum iuramento aliis à reo liceat.

1. **C**onveniunt Doctores non licere, si iudex aggrè interroget. Ratio communis, & vera est, quia ob bonum publicum testes tenentur parere suo Superiori; qualis est legitimus Iudex. Quando autem testis legitime interrogari dicendus sit, non est huius loci, colligitur tamen ex mox dicendis, & fuse Sanch. in conf. lib. 6. cap. 3. d. 36. & cap. 5. d. 5. de Lugo tom. 2. de iust. d. 40. sect. 1. num. 8. alique. Si verò non legitime procedat, vel quod in idem recidit, Iudex legitimus non est, licere cuilibet uti equivocazione, conveniunt item omnes, quia tunc Superior non est, adeoque non necessariò illi parendum. Ita Sanchez, de Lugo, Cast. mox citandi, & passim.

2. Hinc testis interrogatus à iudice de occulto crimine alicuius, vel de crimine, de quo non tenetur testificari, ut quia, v.g. notabile damnum sibi sequeretur:

Sanchez lib. 3. in dec. c. 13. n. 1. Castro Pal. tom. 3. tr. de iur. i. p. 1. num. 1. & passim. Hinc si quid iurasti humani, nam de voto, vel iuramento Deo praestito dicemus mox infra. Multa addemus, cum de voto infra, c. 1. §. 4. tuus haec non obligatur, te mortuo, illud ex vi Religionis observare, etiam si iuraveris pro te, & tuos Successoribus. Ratio est, quia non potest quis contrahere obligationem ex vi iuramenti, nisi habeat intentionem iurandi, de quo ex vi iuramenti nunquam habuit intentionem iurandi: at Successor nunquam habuit intentionem iurandi, ergo, &c. unde vides rectè ab authoribus obligationem iuramenti appellari personalem.

1. Dixi (ex vi Religionis) nam ex alio vinculo potest contrahere obligationem haeres, hoc autem solè vel ratio contractus, vel ratio statuti. Prioris exemplum est: Si tu equum cum iuramento vendidisti Petro acceptanti, & equo nondum consignato, tu moriari, tu haeres: equum consignare Petro debebis, non ex vi iuramenti, quia nunquam tuus haeres iuravit, sed ex vi contractus emptionis, & venditionis: obligatio enim, seu ius contractus, cum sit fundatum in iure acquisitò à parte, sique obligatio iustitiae, ad Successores non transmittitur. Idem dicendum in omnibus iuramentis acceptatis ab alio, ex quibus alteri ius iustitiae acquiritur. Exemplum posterioris est: Si sit in Civitate lex solvendi gabellas, tuusque Pater promiserit cum iuramento eas solvere, eo defuncto, tu non ex vi Religionis, sed ex vi legis, & statuti universalis solvere debebis, etiam si Pater tuus non iuraverit, ut ex se constat.

2. Atque hinc fit, ut, si in aliquo casu solum urgeat ius iuramenti, nihil debeat tuus haeres. Ita idem ibid. v.g. cum iuramento extor per metum latroni, vel usurario acceptanti promissisti pecuniam, te mortuo: non obligatur haeres tuus solvere, quia non obligatur ex vi iuramenti, ut dictum est, nec ex vi statuti, quia nullum statutum invenitur, per quod obligetur latronibus, & usurariis pecuniam erogare; nec denique ex vi contractus, quia nullum ius iustitiae acquirit latro, vel usurarius in pecuniam alienam.

3. Dices, si quis Deo iuraret, se velle dare pauperi stipendium, v.g. aurocorum, deberet haeres, eo defuncto, etiam elemosinam erogare, &c. tamen Testator solo vinculo Religionis tenebatur.

Respondet Sanch. ibid. num. 3. id ita esse, quia Deus illi votum, vel iuramentum sibi factum ad utilitatem pauperis accepit, ut pars contrahens: quare praeter vinculum Religionis, adest ratio contractus, atque adeo iustitiae.

4. Non placet haec responsio Castro Palao, quia non apparet, nisi gratis dicatis, adest talis contractus, seu Deum hic se habere ut contrahentem, & acceptantem, idè docet id esse, quia ius Canonicum, & Civile statuit hereditatem à Successore non adiri, nisi sub conditione exequendi vota, & iuramenta realia defuncti, quae non sunt per iuramentum extorta: Quod autem id statuerint iura probat ex aliquibus textibus c. licet de voto, c. si haeres, de testamento: & praecipue ex c. ex parte, de Consensu, ubi id expresse deciditur: & clarè in l. 2. ff. de pollicitationibus, ubi: Qui decimam partem bonorum vorit, si decesserit ante iuramentum, haeres eius hereditario nomine decimis obnoxius esse: Poti enim obligationem ad haerem transire capit. Aliqua huc pertinentia adduntur, cum de voto, infra, cap. 11. §. 4.

5. Quoad posterius, breviter dic, certam esse sententiam; obligationem, quam contrahit, iurans servandi ius iuramentum, (nisi contrarium expressum fuerit in iuramento) contrahere etiam & servandi tuo haeredi, seu Successori. Si, v.g. iuravit quis fidelitatem Regi, hoc mortuo, ejus Successori eandem fidelitatem sine novo iuramento debet. Ita Layman. lib. 4. tract. 3. cap. 10. num. 5. & passim. Ratio, praeter multos textus, est, quia Successor substituit ipse omnia iura eius, qui praecessit, seu eius, cuius est haeres.